1556

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3.a Serie 2.a N.o 122

Est. 13

Plut. 5

yola
22

Cathe-
cumi-
norum
Liber

chivo de Loyola
Estante ..........
Plúteo ..........

Universidad de Deusto
Biblioteca

A
I
2

Vitrina
S C/3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Cathecuminorum Liber

iuxta ritum ſancte Romane ec/
cleſie: cum multis alijs ora/
tionibus ſuper morien
tes dicendis:
Et alijs officijs nuper addi/
tis: vt in reperto/
rio ipſius libri
patet.



ONIENSIS

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Incipit ordo ad faciẽdum baptiſmuz ſecundum eccleſiam romanam.

Cum venerit infans ante ianuas ecclie: ſacerdos interrogat de noie infantis: ⁊ faciat eũ tenere ſuper brachio dextro ⁊ dicat: Joannes vel petre vel maria quid petis ab eccleſia dei? R. Pꝛinus. Fidẽ. Sacerdos. Fides qd tibi preſtat? R. Pꝛinus. Vitã eternã. Et ſacerdos dicat. Hec eſt vita eterna: Diliges dñm deũ tuũ: ex toto corde tuo: ex tota mente tua: ⁊ proximũ tuuz ſicut teipſuz. Hoc eſt primuz ⁊ maximum mandatum. Et dicat hoc tribus vicibus. Poſtea inſufflet ter in faciez eius ⁊ dicat: Exi ab eo vel ab ea immũde ſpiritus: ⁊ da locuz ſpiritui ſancto paracleto. Et idẽ dicat tribus vicibus. Deinde faciat crucem in fronte ⁊ in pectore infantis nominando ⁊ dicat. N. Accipe ſignaculum ✠ dei patris omnipotẽtis tam in frõte q̃ in corde: vt precepta mãdatoꝝ ſuorũ valeas adimplere. Tũc exhalet calido flatu ter in faciem eius: ⁊ dicat: Inſufflo te cathecumi

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne denuo in virtute ſpiritus ſancti: vt quic
quid in te vitij malorum eſt ſpirituuꝫ inua/
ſione: per huius exorciſmi myſterium gra/
tie ſit tibi ipſa virtus purgatio. Oratio.

PReces noſtras, q̄s dn̄e, clementer
exaudi: ⁊ electū tuūꝫ. N. crucis dn̄i/
ce: cuius impreſſione eum vel eā ✠ ſigna/
mus, virtute cuſtodi: vt magnitudinis glo
rie rudimenta ſeruās: per cuſtodiā manda
torū tuorū ad regenerationis gloriā perue
nire mereatur. Per chriſtum dominū no
ſtrū. Tunc accipiat ſal: ⁊ ponat in ore in/
fantis dicens: inuocato nomine eius. N.

ACcipe ſal ſapientie: qđ ꝓpitiet tibi
i vitā eternā. ℟. Amē. Orō poſt
datū ſal.

DEus patrū noſtrorū: deuſ
vniuerſe conditor veritatis: te ſup/
plices exoramus: vt hūc famulū tuuꝫ. N.
reſpicere digneris ꝓpitius: vt hoc primuꝫ
pabulū ſalis guſtantē: non diutius eſurire
ꝑmittas: quo minus cibo expleatur celeſti:
quatenus ſit ſemꝑ dn̄e ſpū feruēs: ſpe gau/
dēs: ⁊ tuo nomini ſemꝑ ſeruiens: ⁊ perduc
eū ad noue regenerationis lauacrū: vt cuꝫ
fidelibus tuis ꝓmiſſionū tuarū eterna pre
mia cōſeq mereat. Per chrꝫ dn̄ꝫ nrꝫ. ℟.



Amē. Deinde dicat euangeliū. Dn̄s vo
biſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Sequitur ſcī
euāgelij ſcḋm ioannez. ℟. Gloria tibi dn̄e.

IN illo tp̄e: Oblati ſunt paruuli ad
ieſum: vt manus eis iponeret: ⁊ ora/
ret. Diſcipuli autē increpabant euꝫ: ieſus
vero ait: Sinite paruulos, ⁊ nolite eos ꝓ/
hibere venire ad me: taliū eſt regnuꝫ celo/
rū. Et cū hoc dixiſſet: impoſuit eis manuſ,
⁊ abijt inde. Tūc introducat infantem in
eccleſia ⁊ dicat Petre vel maria: Intra in
cōſpectu dn̄i ꝑ manuꝫ ſacerdotis: vt habe/
as vitā eternā. ℟. Amē. Et dicat. Pa/
ter nr̄ Credo in deū. Et ponāt infanteꝫ
in pauimeto: ⁊ dicto Credo ⁊ Pater no/
ſter. Tūc tangat aures ⁊ nares eius cum
ſputo dicens. Effeta qđ eſt adaperire au/
res ⁊ nares in odoreꝫ ſuauitatis. Tu autē
effugare diabole: appropinquabit eniꝫ iu/
diciū dei. Et dicit ei inuocato nōie eiꝯ. N.
Abrenuncias ſatane. ℟. Primus. Abre/
nuncio. ſacerdos. Et oībus opibus eius?
℟. Primus. Abrenūcio. ſacerdos. Et
oībus pōpis eius? ℟. Primus. Abrenun
cio. Deinde tāgat ei pectus ⁊ inter ſcapu/
las de oleo ſctō faciēdo crucē ✠ cū pollice

⁊ dicat ad eū. Et ego te linio pectuſ ⁊ ſca-
pulas oleo ſalutis in chřo ieſu dn̄o nr̄o vt
habeas vitā eternam. Et veniētes ſupra
fontē ſacerdos interrogat infantem ita di-
cēs. Quo noīe vocaris. ℟. Prinus. N.
Itē interroget. Credis in deū p̄rez oipo-
tentē creatorem celi ⁊ terre? ℟. Prinus.
Credo. Credis ⁊ in ieſuz chr̄m filiū eiuſ
vnicū dn̄z noſtrū natū ⁊ paſſum? ℟. Pri-
nus. Credo. Credis ⁊ in ſpiritū ſanctuz:
ſanctā eccleſiā catholicā: ſanctorū cōionē:
remiſſionē peccatoruz: carnis reſurrectio-
nē, ⁊ vitā eternam? ℟. Prinus. Credo.
Deinde dicat ei: Petre vel Maria. Uis
baptizari. ℟. Prinus. Uolo. Deinde ba-
ptizet ſacerdos infantem ſub trina immer-
ſione ſanctā trinitatē ſemel inuocans ⁊ di-
cens: Et ego te baptizo in noīe pr̄is. Et
mergat ſemel. Et filij. Et mergat iteruz.
Et ſpiritus ſancti. Et mergat tertio. Ut
autem ſurrexit a fonte faciat preſbyter ſi-
gnum crucis ✠ de chriſmate cum pollice
in vertice eius dicēs hāc orationē.
DEus omnipotēs pater dn̄i nr̄i ieſu
chr̄i: qui te generauit ex aqua ⁊ ſpiritu ſan
cto: quiq; dedit tibi remiſſionē oīum pec-

Universidad de Deusto Biblioteca



catoruz: ipſe te liniat chriſmate olei ſalutis
in vitā eternā. Amē. Deinde ſacerdos ac-
cipiat linteū: ⁊ ponat in capite: infanti: ⁊ di
cat hāc orōnez.
ACcipe veſtē candi-
dā ſanctā ⁊ imaculatā: quā perferaſ
corā dn̄o noſtro ieſu chriſto vt habeas vi-
tā eternā. Amen. ¶ Incipit bn̄dictio ſa-
lis ⁊ aque ſm̄ cōſuetudinē romāe eccleſie.
In primis dicit ſacerdos. ℣. Adiutoriuz
noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit
celum ⁊ terram. Deinde dicitur abſolute.
EXorcizo te creatura ſalis per de-
um viuū ✠ per deuz verū ✠ per
deū ✠ ſanctū: per deū q̄ te p̄ heli
ſeū p̄phetā in aquā mitti iuſſit, vt
ſanaretur ſterilitas aque: vt efficiaris ſal
exorcizatum in ſalutem credentium: vt ſis
omnibus te ſumētibus ſanitas anime ⁊
corporis: ⁊ effugiat atq; diſcedat ab eo lo-
co: in quo aſperſum fueris: omnis fantaſia
⁊ nequitia vel verſutia diabolice fraudis:
omniſque ſpiritus immundus adiuratus.
Per eum qui venturus eſt iudicare viuoſ
⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignem. ℟. Amē.
Oremus. Oratio.
IMmenſam clementiā tuā oipotenſ

Universidad de Deusto
Biblioteca



eterne deus humiliter iploramus, vt hanc
creaturam ſalis quã in vſu generis huma/
ni tribuiſti:benedicere ⁊ ſctificare digneris
✠ vt ſit oĩbus ſumẽtibus ſanitas aĩe ⁊ cor/
poris: vt qcqd ex eo tactuꝫ vel aſpſum fue/
rit:careat oĩ immũditia: omniqꝫ impugna
tione ſpiritualis nequitie. Per dominum
noſtrum ieſum chrm̃. Exorciſmus aque.

E Xorcizo te creatura aque ĩ noĩe dei
patris ✠ oĩpotentis: ⁊ in noĩe ieſu
✠ chriſti filij eius dñi nr̃i: ⁊ in virtute ſpũs
ſcti ✠ vt fias aqua exorcizata ad effugãdã
oẽꝫ poteſtatẽ inimici: ⁊ ipm̃ inimicũ eradi
care ⁊ explãtare valeas cum angelis ſuis
apoſtaticis. Per vtutẽ dñi nr̃i ieſu chri: q
venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊
ſeculũ ꝑ ignẽ. ℟. Amẽ. Oremus. Oĩo.

D Eus qui ad ſalutẽ humani generis
maxima quoqꝫ ſacra in aquarũ ſub
ſtãtia condidiſti:adeſto ꝓpitius inuocatio/
nibꝰ nr̃is: ⁊ elemento huic multimodis pu
rificationibus ꝑparato vtutẽ tue bñdictio/
nis ✠ infunde: vt creatura tua myſterijs
tuis ſeruiẽs:ad abijciẽdos demones mor/
boſqꝫ pellẽdos diuine gr̃e ſumat effectuꝫ:
vt quicquid in domibus vel in locis fideliũ



hec vnda reſperſerit:careat oĩ imundicia:
liberet a noxa:nõ illic reſideat ſpiritus pe
ſtilẽs:nõ aura corrũpẽs:diſcedãt oẽs inſi/
die latẽtis inimici: ⁊ ſiqd eſt qd aut incolu/
mitati habitãtiũ inuidet:aut qeti: aſperſio/
ne huius aque effugiat: vt ſalubritas ꝑ in/
uocationeꝫ tui ſcti nois expetita:ab oĩbus
ſit impugnationibus defenſa. Per dñm.
Hic mutat ſal in aquã in moduꝫ crucis di/
cẽdo. Cõmiſtio ſalis ⁊ aque pariter fiat
in noĩe pr̃is ✠ ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. ℟.
Amẽ. Deinde dicat ſacerdos. ℣. Dñs
vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremꝰ. Oĩo

D Eus inuicte virtutis author: ⁊ inſu
perabilis imperij rex:ac ſemꝑ ma/
gnificus triũphator:qui aduerſe dñationis
vires reprimis:q inimici rugientis ſeuitiaꝫ
ſuperas:qui hoſtiles nequitias potenter
expugnas: te dñe trementes ⁊ ſupplices
deprecamur ac petimus:vt hãc creaturaꝫ
ſalis ⁊ aque dignanter aſpicias: benignus
illuſtres:pietatis tue more ſanctifi ✠ ces:
vt vbicunqꝫ fuerit aſperſa:ꝑ inuocationeꝫ
tui ſancti nois oĩs infeſtatio immũdi ſpũs
abijciat:terrorqꝫ venenoſi ſerpentis ꝓcul
pellatur: ⁊ ꝑſentia ſcti ſpũs nobis miſeri/

Universidad de Deusto Biblioteca



cordiã tuã poſcentibuſ vbiq; adeſſe digne
tur. Per dñm nrm. Deinde di. Añ. Aſ
perges me dñe byſſopo ⁊ mũdabor: laua
biſ me: ⁊ ſup niuẽ dealbabor. ps. Miſere
re mei deuſ ſm magnã miſericordiã tuã.
℣. Gloria patri. Et repetit añ. Aſper
ges. Poſtea vadat ſacerdos ante graduſ
maioris altaris eccleſie: ⁊ dicat. Oſtende
nobis domine miſericordiã tuã. ℟. Et
ſalutare tuum da nobis. ℣. Dñe exaudi
orationẽ meã. ℟. Et clamor meus. ℣.
Dñs vobiſ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Orõ.
Exaudi nos dñe ſancte, pater oipo
tens, eterne deus: ⁊ mittere digne
ris ſanctũ angelum tuũ de celis: qui cuſto
diat: foueat: protegat: viſitet ⁊ defendat
oẽs habitantes in hoc habitaculo. Per
christum dñm noſtrũ. ℟. Amẽ. A feſto
reſurrectionis vſque ad pente. loco añe.
Aſperges. di añ. Vidi aquã egredientem
de tẽplo a latere dextro all'a: ⁊ omnes ad
quos peruenit aqua iſta ſalui facti ſunt: ⁊
dicent all'a all'a all'a. ps. Cõfitemini dño
quoniã bonus: quoniã in ſeculum miſeri
cordia eius. ℣. Gloria pa. Et repetitur
añ. Vidi aquã. ℣. ⁊ oratio. vt ſup. ¶ Iſta



eſt forma abſolutionis abſtracta de formu
lario dñi pape pro habentibus indulgen
tiam plenariã in mortis articulo. Primo
dicat infirmus ſi poteſt. Confiteor deo
omnipotẽti. Si vero non poteſt, dicat ali
us loco ſui. Poſtea cõfeſſor cui fuit gene
raliter vel ſpecialiter cõfeſſus: dicat Mi
ſereatur tui. Cõſequenter ſubiungat ⁊ dicat
abſolutionẽ. Abſolutio plenaria in mor
tis articulo.
Authoritate dei ⁊ bea
torũ apoſtolorũ petri ⁊ pauli: ⁊ dñi
pape. N. ⁊ ſancte romane eccleſie tibi cõ
ceſſa mihiq; in hac parte cõmiſſa: ego te
abſoluo ab omni ſententia excõicationis
maioris vel minoris: ſiquam incurriſti in
quãtũ mihi cõmittitur: ⁊ reſtituo te vnitati
fideliũ ⁊ ſanctis ſacramentis eccleſie. Itẽ
eadẽ authoritate abſoluo te ab oibus pec
catis tuis: contritis: confeſſis ⁊ oblitis ⁊ a
tranſgreſſione regule ⁊ ſtatutorũ: inquãtũ
claues ſancte eccleſie ſe extendũt: ⁊ abſol
uo te ab oib⁹ penis tibi in purgatorio de
bitis ꝓpter culpas ⁊ offenſas quas cõtra
deum: aiam tuã ⁊ proximũ tuũ cõmiſiſti: ⁊
reſtituo te illi innocẽtie in qua eras quan
do baptizatus fuiſti. Et hoc ſi de q̃ egro

Universidad de Deusto Biblioteca

tas infirmitate morieris. Si vero iſta vi/
ce non morieris: reſeruo tibi plenariã in/
dulgentiã: tibi conceſſam a dño papa: pro
vltimo articulo mortis tue: In noie ✠ pa/
tris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ſancti. Amen.

¶ Iſta eſt forma abſoluendi pro illis qui
habent indulgentiam eligendi ſibi ſemel
tãtum cõfeſſorẽ: qui eos abſoluat ab om/
ni caſu: etiã pertinente ad papaʒ.

Dominus noſter ieſus chriſtus te
abſoluat: ⁊ ego authoritate ipſius
⁊ beatorũ apoſtolorũ petri ⁊ pau
li: ⁊ ſummi põtificis mihi commiſſa: tibi in
hac vice conceſſa: abſoluo te ab oi vincu/
lo excõicationis maioris vel minoris: vel
ſententia ſuſpẽſionis ⁊ interdicti: ⁊ diſpen/
ſo te cum omni irregularitate: ſiquam in/
curriſti: ⁊ reſtituo te vnioni ⁊ participatio/
ni fideliuʒ: necnon ſanctis ſacramentis ec/
cleſie. Iteruʒ abſoluo te ab omnibus pec/
catis tuis mihi confeſſis, cõtritis ⁊ oblitis:
cũ circunſtantijs eoꝝ: quomodocunqʒ vel
qualitercunqʒ offendiſti creatorẽ tuũ: ani/
mã tuã: proximũ tuũ ⁊ regulã tuaʒ. In no/
mine ✠ patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ſan/
cti. Amen. ¶ Iteʒ eſt alia forma abſolu/



tionis abſoluendi a minori excõicatione.

Abſoluo te a vinculo excõicatio/
nis huius: quaʒ confeſſus es: ⁊ ab
alia ſi teneris inquantum poſſu/
mus ⁊ debemus: ⁊ reſtituimus te
eccleſiaſticis ſacramentis. In nomine ✠
patris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpiritus ſancti. ✠ Amẽ.

Abſolutio in forma quam debent facere
quando audiunt confeſſionem.

Dominus noſter ieſus chriſtus per
ſuam miſericordiam te abſoluat: ⁊ ego ab/
ſoluo te a vinculo excõmunicatiõis ſiquã
incurriſti: ⁊ a participatione cũ excõicatis
ſi teneris: quãtum authoritas mea ſe extẽ/
dit: ⁊ reſtituo te ſanctis ſacramentis eccle/
ſie ⁊ vnitati fideliuʒ. In nomine ✠ patris
✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpũs ſancti. Amen. Uel ſic.

Abſoluo te ab oĩbus peccatis tuis
que mihi modo confeſſus es: ⁊ ab
omnibus alijs quorũ memoriã nõ habes:
⁊ oĩa bona que feciſti ⁊ facturus es ſint ad
laudem dei oĩpotentis, ⁊ mala omnia que
patieris ⁊ paſſus es, ſint tibi in remiſſioneʒ
peccatorum tuorum. In nomine pa ✠
tris: ✠ ⁊ filij ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amen.

¶ Ordo ad cõicandum infirmum. Cum

Universidad de Deus
Bibliote

peruentuȝ fuerit ad locum vbi iacet infir/
mus: ſacerdos intrãs domuȝ dicat: Pax
huic domui. ℟. Et oĩbus habitantibus
in ea. Deinde ſacerdos accedat ad egro/
tu: ⁊ in modum crucis aſpergat eum aqua
benedicta: deinde domum dicendo añaȝ.
Aſperges me. ps. Miſerere mei deus.
℣. Gloria patri. ⁊ Sicut erat. Et repe/
titur aña. Aſperges. Deinde infirmus
imediate adoret ⁊ deoſculetur crucem: ⁊
ſacerdos dicat abſolute hanc orationem.

Dominus ieſus chriſtus qui dixit
diſcipulis ſuis: quecunqȝ ligaue/
ritis ſuper terrã erunt ligata ⁊ in
celis: ⁊ quecunqȝ ſolueritis ſuper
terrã erũt ſoluta ⁊ in celis: de quoꝝ nume/
ro q̃uis indignos nos eſſe voluit: ipſe te
abſoluat per miniſterium noſtrum ab om
nibus peccatis tuis: quecunqȝ cogitatio/
ne, locutione, operatione negligenter egi/
ſti: ⁊ a nexibus peccatoꝝ abſolutuȝ perdu
cere dignetur ad regna celoruȝ. Qui cum
patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſe/
cula ſeculorũ. ℟. Amen. Poſtea ſacer/
dos eleuet corpus domini de calice: ⁊ infir
mus adorans dicat. Domine nõ ſum di/



gnus vt intres ſub tectũ meum: ſed tantuȝ
dic verbo ⁊ ſanabitur anima mea. Dein/
de ſacerdos tradat infirmo euchariſtiam
dicẽs: Accipe frater viaticũ corporis do/
mini noſtri ieſu chriſti: qui te cuſtodiat ab
hoſte maligno: ⁊ perducat in vitã eternã.
℟. Amen. Poſtea lauet ſibi digitos ſu/
per calicẽ cum vino puro ⁊ aqua ⁊ propi/
net infirmo nihil dicẽs. Poſt cõmunionẽ
vero dicat ſacerdos. ℣. Domine exau/
di orationem meam. ℟. Et clamor me/
us ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Domine ſancte, pater omnipotens,
eterne deus: te fideliter deprecamur: vt ac
cipienti fratri noſtro ſacroſanctum corpus
domini noſtri ieſu chriſti filij tui taȝ corpo/
ris q̃ȝ anime proſit ad remedium ſempi/
ternũ. Per chriſtũ. ℟. Amẽ. His pera
ctis reuertuntur ad eccleſiaȝ dicendo pſal/
mũ totum Miſerere. ¶ Ordo ad vngẽ/
dũ infirmuȝ. In primis accipiat ſacerdos
oleuȝ ſanctum: deinde ordinate procedat
cũ pſal. Miſerere mei. vt dictuȝ eſt ſupra
in cõione. Cuȝ autẽ peruentum fuerit ad
locũ vbi iacet infirmus: ſacerdos intrans

Universidad de Deusto Biblioteca



dicat. ℣. Pax huic domui. ℟. Et oib⁹ habitātibus in ea. Deinde ſtās ante egrotū dicat ℣. Adiutoriū noſtrū in noie dñi. ℟. Qui fecit celū ⁊ terram. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus. Oro.

INtroeat domine ieſu chriſte domum hāc ſub nomine noſtre humilitatis ingreſſu eterna felicitas: diuina proſperitas: ſerena letitia: charitas fructuoſa: ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus demonum: adſint angeli pacis: domumq; hanc deſerat effugata diſcoꝛdia. Magnifica domine ſuper nos nomē ſanctū tuū: ⁊ bene✠dic noſtre conuerſationi: ſanctifica noſtre humilitatis ingreſſum: qui ſanctus ⁊ pius es: ⁊ ꝑmanes cuꝫ patre ⁊ ſpiritu ſancto in ſecula ſeculoꝛuꝫ. ℟. Amen. Oro.

ORemus ⁊ deprecemur dñm noſtrū ieſum chriſtū: vt benedicēdo bene✠dicat hoc tabernaculū: ⁊ oēs habitātes in eo: ⁊ det eis angelū bonū cuſtodeꝫ ⁊ faciat eos ſibi ſeruire ad conſiderādū mirabilia de lege ſua: auertat ab eis oēs contrarias poteſtates: eripiat eos ab omni formidine ⁊ ab omni perturbatione ac ſanos in hoc



in hoc tabernaculo cūſtodire digneť. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝛuꝫ. Amen. Deinde dicat hanc orationem.

EXaudi nos domine ſancte, pater omnipotēs, eterne deus: ⁊ mittere digneris ſanctū angelū tuum de celis: qui cuſtodiat, foueat, protegat: viſitet atq; defendat oēs habitantes in hoc habitaculo. Per chriſtuꝫ dominuꝫ noſtrū. ℟. Amen. Deinde in modū crucis aſpergat egrotuꝫ aqua benedicta: poſtea domum dicendo añaꝫ. Aſperges me domine. cum Miſerere. Gloria patri. ⁊ Sicut erat. Et repetitur añ. Aſperges. vt ſupra. Deīde imediate faciat egrot⁹ cōfeſſionē ⁊ dicat Cōfiteoꝛ deo. Quo dicto oēs ſacerdotes aſtātes dicāt legēdo ſeptē pſalmos penitētiales. Duꝫ aūt pſalmi dicunt, vel cū dicti fuerint: ſacerdos intincto pollice in oleo ſācto dicat abſolute.

IN nomine pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti extinguatur in te oīs virtus diaboli per impoſitionē manuū noſtrarū: imo per inuocationē oium ſanctoꝛū angeloꝛū, archangeloꝝ, patriarcharū, ꝓpheta-rū, apoſtoloꝛū, martyrum, confeſſoꝛuꝫ, vir-

Universidad de Deusto Biblioteca



ginū:atqȝ oīuȝ ſimul ſanctoꝝ. ℟. Amen.
Quo dicto cū pollice faciat ſignum crucis
de oleo ſancto in corpore egri in ſepteȝ lo
cis ſubſcriptis:ad vnāquāqȝ crucem pro/
priā orationem dicendo. ¶ Ad oculos.

Per iſtā ſanctā vn ✠ ctionem ⁊ ſuaȝ
pijſſimaȝ miſericordiam parcat tibi
dn̄s quicqd oculorū vitio deliqſti. Amen.
Miniſter vero tergat locū inuctū cū ſtup/
pa:reponēs eā in vaſe mundo: ⁊ ſic faciat
poſt quālibet vnctionem. ¶ Ad aures.

Per iſtā ſanctam vn ✠ ctionē ⁊ ſuā pijſſi/
mā miſericordiam parcat tibi dn̄s qcqd au
riū vitio deliqſti. ℟. Amē. ¶ Ad nares.

Per iſtā ſanctā vn ✠ ctioneȝ ⁊ ſuaȝ pijſſi/
mā miſericordiaȝ parcat tibi dn̄s qcqd na/
riū vitio deliqſti. ℟. Amē. ¶ Ad labia.

Per iſtam ſanctam vn ✠ ctionem ⁊ ſuaȝ
pijſſimam miſericordiam parcat tibi do/
minus quicquid lingue vel oris vitio de/
liquiſti. ℟. Amen. ¶ Ad manus.

Per iſtā ſanctā vn ✠ ctionē ⁊ ſuam pijſſi/
mā miſericordiā parcat tibi dn̄s quicqd ta
ctus vitio dliqſti. ℟. Amē. ¶ Ad pedes.

Per iſtā ſanctaȝ vn ✠ ctioneȝ ⁊ ſuā pijſſi/
mā miſericordiā parcat tibi dn̄s qcqd iceſ/



ſus vitio deliqſti. ℟. Amē. ¶ Ad lūbos.

Per iſtam ſanctam vn ✠ ctioneȝ ⁊ ſuam
pijſſimam miſericordiam parcat tibi dn̄s
quicqd lūboꝝ vitio deliquiſti. ℟. Amen.
Quibus oībus peractis: ⁊ a clericis pſal
mis ⁊ letanijs lectis: ſacerdos dicat. Ky/
rie el'. chꝛe el'. kyrie ele. ℣. Pater noſter.
ſub ſilētio. ℣. Et ne nos īducas. ℟. Sed
libera nos a malo. ℣. Saluū fac ſeruum
tuū. ℟. Deꝰ meꝰ ſperātē in te. ℣. Mit/
te ei dn̄e auxiliū de ſancto. ℟. Et de ſion
tuere eum. ℣. Eſto ei domine turris for/
titudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil
ꝓficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniqui
tatis nō apponat nocere ei. ℣. Domine
exaudi orationem meam. ℟. Et clamoꝛ
meus ad te ve. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine deus q per apl'm tuū locu/
tus es:infirmat quis in vobis?indu/
cat pſbr̄os eccleſie:⁊ orent ſup eum vngen
tes eum oleo ſancto in noīe dn̄i:⁊ orō fidei
ſaluabit infirmum:⁊ alleuiabit eum dn̄s:⁊
ſi in peccatis ſit:dimittentur ei: cura queſu
mus redēptoꝛ nr̄ gratia ſpūs ſancti lāguo
res iſtius infirmi:⁊ ſua ſana vulnera:eiuſqȝ

Universidad de Deusto Biblioteca



dimitte peccata: atq3 dolores cūctos cor/
dis ⁊ corporis ab eo expelle: plenāq3 ei in/
terius exteriuſq3 ſanitatem miſericorditer
redde: vt ope miſericordie tue reſtitutus:
ad priſtina reparet officia. Qui cum patre
⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecula ſe
culorum. ℞. Amen. Alia oratio.
Reſpice, q̄s dn̄e, famulū tuū. N. fra/
trē noſtrū in infirmitate ſui corporis fatiſcē
tē: ⁊ aiam refoue quā creaſti: vt caſtigatio/
nibus emendatus ſe ſentiat tua medicina
ſaluatū. Per chr̄m dn̄m noſtrū. Oratio.
Domine ſancte, pater oīpotēs, eter/
ne deus: qui bn̄dictionis tue grām
egris infundēdo corporibus: factura tua3
multiplici pietate cuſtodis: ad inuocatio/
nem tui nois benignus aſſiſte: vt famulu3
tuū. N. ab egritudine liberatum ⁊ ſanitati
donatū: dextera tua erigas: virtute confir/
mes: poteſtate tuearis: atq3 eccleſie tue
ſanctiſq3 altaribus tuis cum omni deſide/
rata proſperitate reſtituas. Per chriſtum
dominū noſtrū. ℞. Amen. Oro
Dominus Jeſus chr̄s apud te ſit, vt
te defendat: intra te ſit: vt te reficiat: circa
te ſit: vt te conſeruet: ante te ſit: vt te dedu/



cat: poſt te ſit: vt te cuſtodiat: ſuper te ſit:
vt te bene ✠ dicat. Qui in trinitate perfe/
cta viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℞.
Amen. Poſtea ſtuppa proijciat in ignē.
His oībus pactis reuertant ad eccleſiā: ⁊
crux remaneat corā infirmo. ¶ Ordo cō
mēdationis aīe. Prius fiāt letanie breues.
Kyrie eleiſon. Chr̄e eleiſō. Kyrie
ele. Si aūt ſit femina dicat pro ea.

Sancta Maria ora pro eo.
Oēs ſcti angeli ⁊ archāgeli, orate pro eo.
Omnis chorus iuſtorum: orate pro eo.
Sancte abraham ora pro eo.
Sancte ioannes baptiſta ora pro eo.
Oēs ſancti patriarche ⁊ prophete oro.
Sancte petre ora pro eo.
Sancte paule ora pro eo.
Sancte andrea ora pro eo.
Sancte bartholomee ora pro eo.
Omnes ſancti apl'i ⁊ euangeliſte orate.
Omnes ſancti innocentes orate.
Sancte ſtephane ora pro eo.
Sancte laurenti ora pro eo.
Sancte clemens ora pro eo.
Sancte vincenti ora pro eo.
Omnes ſancti martyres orate pro eo.

Universidad de Deusto Biblioteca



Sancte ſylueſter ora pro eo.
Sancte auguſtine ora pro eo.
Sancte nicolae ora pro eo.
Sancte zenobi ora pro eo.
Oēs ſancti pontifices ⁊ cōfeſſores orate.
Sancte benedicte ora pro eo.
Sancte bernarde ora pro eo.
Sancte franciſce ora pro eo.
Sancte dominice ora pro eo.
Oēs ſancti monachi ⁊ eremite orate.
Sancta maria magdalena ora pro eo.
Sancta lucia ora pro eo.
Sancta catherina ora pro eo.
Sancta reparata ora pro eo.
Omnes ſancte virgines ⁊ vidue orate.
Omnes ſancti ⁊ ſancte dei orate.
Propitius eſto. libera eum domine.
Ab ira tua libera eum domine.
A mala morte libera eum domine.
A penis inferni libera eum domine.
A poteſtate diaboli libera eum dn̄e.
Ab omni malo libera eum dn̄e.
Per mortem tuam libera eum dn̄e.
Per ſanctam reſurrectionem tuā libera.
Per mortem ⁊ ſepulturam tuam. libe.
Per ſanctā crucem tuaꝫ libera eum dn̄e.



Per admirabilem aſcenſionem tuā. libe.
Per gratiam ſpūs ſancti paracleti. libe.
In die iudicij lib. Peccatores: te rog. au.
Vt ei parcas te rogamus audi nos.
Vt ei indulgeas. te rogamus audi nos.
Vt ad verā penitētiā nos ꝑducere di. te.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie ele.

¶ Deinde ꝓ vicino morti: cū i agone ſui exituſ aia viſa fuerit anxiari, dicant he oꝛo/ nes.

Proficiſcere aia chriſtiana de hoc mundo: In noie dei pr̄is ✠ oi/ potētis: q te creauit. In noie ieſu ✠ chriſti filij dei viui: q ꝓ te paſſus eſt: In noie ſpi/ ritus ✠ ſancti: qui in te effuſuſ eſt. In noie angeloꝝ ⁊ archāgeloꝝ. In noie thronorū ⁊ dn̄ationū: In noie principatuū ⁊ poteſta tū. In noie cherubin ⁊ ſeraphin. In noie patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ. In noie ſanctoꝝ apoſtoloꝝ. In noie ſanctorū martyrum ⁊ cōfeſſoꝝ. In noie ſanctorū monachorū ⁊ eremitarū. In noie virginū ⁊ oiuꝫ ſancto/ rū ⁊ ſanctarū dei. Hodie ſit in pace locus tuus: ⁊ habitatio tua ſit in ſancta ſiō. Per chriſtuꝫ dn̄m noſtrū. R. Amen. Oratio.

Deus miſericors: deuſ clemens: de/ us q ſm multitudineꝫ miſerationū

Universidad de Deusto Biblioteca



ſuarum peccata penitentium deles: ⁊ pre-
teritoꝝ criminū culpas venia remiſſionis
euacuas: reſpice propitius ſuper hunc fa-
mulū tuū. N. ⁊ remiſſionē ſibi oīuz pecca-
toꝝ ſuoꝝ tota cordis cōfeſſione poſcentez
deprecatus exaudi. Renoua in eo piiſſi-
me pater quicquid terrena fragilitate cor-
ruptū: vel qcquid diabolica fraude viola-
tū eſt: ⁊ vnitati corporis eccleſie mēbrū re
dēptionis annecte: Miſerere dñe gemi-
tuū: miſerere lachrymaꝝ eius: ⁊ nō haben-
tem fiduciā niſi in tua miſericordia: ad tue
ſacramentū recōciliationis admitte. Per
chriſtū dñm noſtrū. ℟. Amen. Oratio.

Commendo te oīpotenti deo chariſ-
ſime frater: ⁊ ei cuius es creatura cō
mitto: vt cū humanitatis debituz morte in-
teruueniente perſolueris: ad authorez tuuz
qui de limo terre formauerat reuertaris.
Egredienti itaqz aīe tue de corpore: ſplē-
didus angelorum cetus occurrat. Iudex
apoſtolorū tibi ſenatus occurrat. Cādida-
toruz tibi martyrum triūphator exercitus
obuiet. Liliata rutilantiū te confeſſorū tur-
ma circūdet. Iubilantium te virginū cho-
rus excipiat: ⁊ beate qetis in ſinu patriar-



charuz te cōplexus aſtringat. Mitis atqz
feſtiuus chri̅ ieſu tibi cōſpectus appareat:
qui te inter aſſiſtentes ſibi iugiter intereſſe
decernat. Ignores omne quod horret in
tenebris: qd̄ ſtridet in flammis: qd̄ cruciat
in tormentis. Cedat tibi teterrimus ſata-
nas cum ſatellitibus ſuis, in aduentu tuo te
comitantibus angelis contremiſcat: atqz
in eterne noctis chaos immane diffugiat.
Exurgat deus ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊
fugiant qui oderunt eum a facie eius. Si-
cut deficit fumus deficiant: ſicut fluit cera
a facie ignis: ſic pereant peccatores a facie
dei. Et iuſti epulentur ⁊ exultent in cōſpe-
ctu dei. Cōfundantur igit̄ ⁊ erubeſcāt oēs
tartaree legiones: ⁊ miniſtri ſatane iter tuū
impedire nō audeant. Liberet te a crucia-
tu chriſtus q̄ pro te crucifixus eſt. Conſti-
tuat te chriſtus filius dei viui intra paradiſi
ſui ſemꝑ amena virentia, ⁊ inter oues ſuas
te verus ille paſtor agnoſcat. Ille ab om-
nibus peccatis tuis te abſoluat: atqz ad de
xteram ſuā in electorū ſuoruz te ſorte cōſti-
tuat. Redēptorē tuū facie ad faciē videas,
⁊ p̄ſens ſemꝑ aſſiſtēs: manifeſtiſſimaz bea-
tis oculis aſpicias veritatem. Cōſtitutus

Universidad de Deus
Bibliote



ſigit iter agmina beatoꝝ: cōtēplatiōis diuīe
dulcedine potiaris in ſcl'a ſcl'oꝝ. ℟. Amē.
Alia oīo.
S Uſcipe dñe aīam famuli
tui in locū ſperādē ſibi ſaluationis a
miſericordia tua. ℟. Amen. Libera dñe
aīam famuli tui ex oībus piculis infernoꝝ
⁊ de laqueis penaꝝ: ⁊ ex oībus tribulatio-
nibus. ℟. Amē. Libera dñe aīam famuli
tui: ſicut liberaſti Enoch ⁊ Heliam de cōi
morte mūdi. ℟. Amen. Libera dñe ani-
mam famuli tui: ſicut liberaſti noe de dilu-
uio. ℟. Amen. Libera dñe animaȝ famu
li tui: ſicut liberaſti abraham de Ur Chal-
deoꝝ. ℟. Amen. Libera dñe animam fa-
muli tui: ſicut liberaſti Job de paſſioni-
bus ſuis. ℟. Amen. Libera dñe aīam fa-
muli tui: ſicut liberaſti iſaac de hoſtia ⁊ de
manu patris ſui abrahe. ℟. Amen. Libe
ra dñe aīam famuli tui: ſicut liberaſti loth
de ſodomis ⁊ de flāma ignis. ℟. Amen.
Libera dñe animam famuli tui: ſicut libera
ſti moyſen de manu pharaonis regis egy-
ptioꝝ. ℟. Amē. Libera dñe animam fa-
muli tui: ſicut liberaſti danielē de lacu leo-
nū. ℟. Amen. Libera dñe animam famu
li tui: ſicut liberaſti tres pueros de camino



ignis ardentis: ⁊ de manu regis iniqui. ℟.
Amen. Libera dñe animā famuli tui: ſicut
liberaſti ſuſannam de falſo crimine. ℟.
Amen. Libera dñe aīam famuli tui: ſicut li
beraſti dauid de manu regis ſaul ⁊ de ma-
nu golie. ℟. Amen. Libera dñe aīam fa-
muli tui: ſicut liberaſti petruȝ ⁊ paulum de
carceribus. ℟. Amen. Et ſicut beatiſſi-
mā teclā virginē ⁊ martyrē de trib⁹ tormē
tis atrociſſimis liberaſti: ſic liberare digne
ris aīaȝ hui⁹ famuli tui: ⁊ tecū facias in bo-
nis ꝯgaudeř celeſtib⁹. ℟. Amē. Alia oīo.
C Ommēdamus tibi dñe aīaȝ famu-
li tui N. p̄camurqȝ te dñe ieſu chře
ſaluator mundi: vt ꝓpter quā ad terrā mi-
ſericorditer deſcēdiſti, patriarchaꝝ tuoꝝ
ſinibus inſinuare nō renuas. Agnoſce dñe
creaturā tuā non ex dijs alienis creatam:
ſed a te ſolo deo viuo ⁊ vero: qꝛ nō eſt de-
us alius preter te: ⁊ non eſt ſm opera tua.
Letifica dñe aīam eius in conſpectu tuo: ⁊
ne memineris iniquitatū eius antiquarū: ⁊
ebrietatū quas ſuſcitauit furor ſiue feruor
mali deſiderij. Licet eniȝ peccauerit, tamē
patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritū ſanctū nō negauit: ſȝ
credidit: ⁊ zelū dei in ſe habuit: ⁊ deuȝ qui

Universidad de Deusto Biblioteca



fecit oia adorauit. ℟. Amen. Alia oro.
O Elicta iuuētutis ⁊ ignorātias eius
ne memineris q̃ſumus dn̄e: ſed ſm
magnā miſericordiā tuā memor eſto illius
in gloria claritatis tue. Aperiantur ei celi:
colletent illi angeli: in regnū tuum dn̄e ſer
uum tuuz ſuſcipe. Suſcipiat eum ſanctus
michael archangelus dei: q militie celeſtis
meruit principatū. Ueniant illi obuiā ſan/
cti angeli dei: ⁊ pducāt eum in ciuitatez ce/
leſtē hieruſalē. Suſcipiat eū beatus Pe/
trus apoſtolus: cui a deo claues regni ce/
leſtis tradite ſunt. Adiuuet eum ſanctus
Paulus: q dignus fuit eſſe vas electionis.
Intercedat pro eo ſanctus ioānes electus
dei apoſtolus ⁊ euangeliſta: cui reuelata
ſunt ſecreta celeſtia. Orēt pro illo oēs ſan
cti apoſtoli: qbus a dn̄o data eſt poteſtas
ligādi atqz ſoluēdi. Intercedant p eo oēs
ſcti ⁊ electi dei: qui p chr̄i noīe tormēta in
hoc ſeculo ſuſtinuerunt: vt vinculis carnis
exutus: peruenire mereatur ad gloriaz re/
gni celeſtis. Preſtante dn̄o nr̄o ieſu chr̄o,
qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ re/
gnat in ſecula ſeculorū. ℟. Amen. Paſ/
ſio domini noſtri ieſu chriſti ſm mattheū.



IN illo tēpore: Dixit ieſus diſcipulis
ſuis. ✠ Scitis qa poſt biduum pa/
ſcha fiet, ⁊ filius hoīs tradetur vt crucifiga
tur? C. Tunc cōgregati ſunt principes ſa
cerdotum ⁊ ſeniores populi in atriuz prin
cipis ſacerdotum qui dicebatur caiphas ⁊
conſilium fecerunt vt ieſum dolo tenerēt:
⁊ occiderēt. Dicebāt autē. S. Non in die
feſto. C. Ne forte tumultus fieret in po/
pulo. Cum autem eſſet ieſus in bethania:
in domo ſimonis leproſi: acceſſit ad eum
mulier habēs alabaſtrum vnguēti p̄cioſi:
⁊ effudit ſup caput ipſius recumbētis. Ui/
dētes autez diſcipuli: indignati ſunt dicen/
tes. S. Ut quid pditio hec? Potuit enim
vnguētum iſtud venundari multo: ⁊ dari
paupibus. C. Sciens autē ieſus ait illis.
✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus
enim bonum operata eſt in me. Nā ſemp
pauperes habebitis vobiſcū: me autez nō
ſemp habebitis. Mittēs eniz hec vnguen
tum hoc in corpus meum: ad ſepeliendūz
me fecit. Amen dico vobis, vbicunqz pre/
dicatum fuerit hoc euāgeliuz: in toto mun
do dicetur: ⁊ qd hec fecit in memoriā eius.
C. Tunc abijt vnus de duodecim q dicit

Universidad de Deus Bibliote

iudas ſcarioth ad principes ſacerdotum:⁊
ait illis. S Quid vultis mihi dare: ⁊ ego
eū vobis tradā? C At illi cōſtituerunt ei
triginta argenteos. Et exinde ꝗrebat op/
portunitatē: vt eū traderet. Prima autez
die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad ie/
ſum dicentes. S Ubi vis paremus tibi co
medere paſcha? C At ieſus dixit. ✠ Ite
in ciuitatem ad quendam: ⁊ dicite ei. Ma
giſter dicit. Tempus meum prope eſt:
apud te facio paſcha cuz diſcipulis meis.
C Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit il/
lis ieſus: ⁊ parauerunt paſcha. Veſpere au
tem facto diſcumbebat cum duodecim di/
ſcipulis ſuis: ⁊ edētibus illis dixit. ✠ Amē
dico vobis: quia vnus veſtruz me traditu/
rus eſt. C Et contriſtati valde ceperunt
ſinguli dicere. S Nūquid ego ſum dn̄e?
C At ipſe reſpondens ait. ✠ Qui intin/
git mecū manuz in paropſide: hic me tra/
det. Filius quidē hoīs vadit: ſicut ſcriptuz
eſt de illo. Veh aūt homini illi: per quez fi
lius hoīs tradet. Bonū erat ei ſi natus nō
fuiſſet homo ille. C Reſpōdens autez iu/
das qui tradidit eum dixit. S Nunquid
ego ſuz rhabbi? C Ait illi. ✠ Tu dixiſti.



C Cenātibus autem eis accepit ieſus pa
nē: ⁊ benedixit ac fregit: deditqꝫ diſcipulis
ſuis ⁊ ait. ✠ Accipite ⁊ comedite: hoc eſt
corpus meū. C Et accipiēs calicez gra/
tias egit: ⁊ dedit illis dicens. ✠ Bibite ex
hoc oēs. Hic eſt enim ſanguis meus no/
ui teſtamenti: qui pro multis effundetur in
remiſſionē peccatorū. Dico autez vobis:
non bibam amodo de hoc genimine vitis
vſqꝫ in diem illuz: cum illud bibam vobiſ/
cum nouum in regno patris mei. C Et
hymno dicto: exierunt in montem oliueti.
Tūc dixit illis ieſus. ✠ Oēs vos ſcanda/
lū patiemini in me in iſta nocte. Scriptuz
eſt enim. Percutiā paſtorez, ⁊ diſpergent
oues gregis. Poſtq̄ꝫ aūt reſurrexero: p̄ce
dā vos in galileā. C Rn̄dens aūt petrus
ait illi. S Et ſi oēs ſcandalizati fuerint in
te: ego nunq̄ꝫ ſcandalizabor. C Ait illi ie/
ſus. ✠ Amen dico tibi: qr in hac nocte an
teq̄ꝫ gallus cātet: ter me negabis. C Ait
illi petrus. S Etiā ſi oportuerit me mori
tecuz: non te negabo. C Similiter ⁊ oēs
diſcipuli dixerunt. Tunc venit ieſus cum
illis in villaz que dicitur gethſemani: ⁊ di/
xit diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic donec

Universidad de Deusto Biblioteca



vadā illuc ⁊ orē. C Et aſſumpto petro ⁊
duobus filijs zebedei cepit cōtriſtari ⁊ me
ſtus eſſe. Tunc ait illis. ✠ Triſtis eſt aīa
mea vſqꝫ ad mortē. Suſtinete hic ⁊ vigi/
late mecum. C Et ꝑgreſſus puſillū: pro
cidit in faciē ſuā orās ⁊ dicens. ✠ Mi pr̄
ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte. Ve/
rūtñ nō ſicut ego volo: ſed ſicut tu. C Et
venit ad diſcipulos ſuos: ⁊ iuenit eos dor/
mientes. Et dicit petro. ✠ Sic: Nō po/
tuiſtis vna hora vigilare mecum: Vigila/
te ⁊ orate: vt nō intretis in tētationē. Spi
ritus qdē prōptus eſt: caro autē infirma.
C Iterum ſcdo abijt: ⁊ orauit dicens. ✠
Pater mi: ſi non pōt hic calix tranſire: niſi
bibā illum: fiat voluntas tua. C Et venit
iterū: ⁊ inuenit eos dormiētes. Erāt enim
oculi eorū grauati. Et relictis illis iterum
abijt ⁊ orauit tertio eūdē ſermonē dicens.
Tūc venit ad diſcipulos ſuos: ⁊ dixit illis.
✠ Dormite iam ⁊ requieſcite. Ecce ap/
propinquabit hora, ⁊ filius hoīs tradetur
in manus peccatorꝝ. Surgite, eamus, Ec/
ce appropinq̄bit q̄ me tradet. C Adhuc
eo loquēte: ecce iudas vnus de duodecim
venit: ⁊ cum eo turba multa cum gladijs

⁊ fuſtibus



⁊ fuſtibus miſſi a principibus ſacerdotū ⁊
ſenioribus populi. Qui aūt tradidit eum:
dedit illis ſignū dicēs. S Quēcūqꝫ oſcu/
latus fuero ipſe eſt: tenete eū. C Et cōfe/
ſtim accedēs ad ieſū dixit. S Aue rhab/
bi. C Et oſculatus eſt eū. Dixitqꝫ illi ie/
ſus. ✠ Amice ad q̄d veniſti: C Tunc ac/
ceſſerunt: ⁊ manus iniecerunt in Ieſum: ⁊
tenuerunt eū. Et ecce vnus ex his q̄ erant
cum ieſu: extēdens manū exemit gladium
ſuū: ⁊ ꝑcutiens ſeruū principis ſacerdotū
amputauit auriculam eius. Tūc ait illi ie/
ſus. ✠ Cōuerte gladiū tuū in locum ſuū.
Oēs enim qui acceperint gladiū: gladio
peribunt. An putas q̄ꝛ nō poſſum rogare
patrem meū: ⁊ exhibebit mihi modo plus
q̄ꝫ duodecim legiones angelorū: Quō er/
go implebuntur ſcripture: Quia ſic opor/
tet fieri. C In illa hora dixit Ieſus tur/
bis. ✠ Tanq̄ꝫ ad latronē exiſtis cum gla/
dijs ⁊ fuſtibus cōprehendere me: Quoti/
die apud vos ſedebā docens in templo: ⁊
nō me tenuiſtis. C Hoc aūt totū factum
eſt: vt adimplerent̄ ſcripture prophetarū.
Tūc diſcipuli oēs: relicto eo fugerunt. At
illi tenentes ieſū: duxerunt eū ad caiphā

Universidad de Deusto Biblioteca



principem ſacerdotū: vbi ſcribe ⁊ ſeniores
cōuenerāt. Petrus autē ſeq̄bat eū a lon-
ge vſqꝫ in atriū principis ſacerdotū. Et in
greſſus intro ſedebat cū miniſtris: vt vide
ret finē. Principes aūt ſacerdotū: ⁊ om-
ne cōciliū q̄rebāt falſū teſtimoniū cōtra ie
ſum: vt eū morti traderēt: ⁊ nō inuenerūt:
cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſi-
me autem venerunt duo falſi teſtes: ⁊ dixe
runt. S Hic dixit. Poſſum deſtruere tē-
plū dei: ⁊ poſt triduū reedificare illud. C
Et ſurgens princeps ſacerdotū ait illi. S
Nihil rn̄des ad ea q̄ iſti aduerſū te teſtifi-
cant? C Jeſus aūt tacebat. Et princeps
ſacerdotū ait illi. S Adiuro te ꝑ deū viuū
vt dicas nobis, ſi tu es chr̄s filius dei viui.
C Dixit illi ieſus. ✠ Tu dixiſti. Veruntā
dico vobis: amodo videbitis filiū hoīs ſe-
dētem a dextris virtutis dei: ⁊ venientē in
nubibus celi. C Tūc princeps ſacerdotū
ſcidit veſtimēta ſua dicens. S Blaſphe-
mauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ec
ce nunc audiſtis blaſphemiā. Quid vobis
videt̄? C At illi rn̄dētes dixerūt. S Reus
eſt mortis. C Tunc expuerunt in faciem
eius: ⁊ colaphis eū ceciderunt. Alij autē



palmas in faciē eius dederūt dicentes. S
Prophetiza nobis chr̄e. Quis eſt qui te ꝑ-
cuſſit? C Petrus vero ſedebat foris in
atrio. Et acceſſit ad eū vna ancilla dicens.
S Et tu cum ieſu galileo eras. C At ille
negauit corā oībus dicens. S Neſcio qd
dicis. C Exeūte aūt illo ianuā: vidit eum
alia ancilla: ⁊ ait his q̄ erant ibi. S Et hic
erat cum ieſu nazareno. C Et iterū nega
uit cū iuramēto: qꝛ nō noui hoiē. Et poſt
puſillū acceſſerunt q̄ aſtabāt: ⁊ dixerūt pe
tro. S Vere ⁊ tu ex illis es: nā ⁊ loq̄la tua
manifeſtū te fecit. C Tunc cepit deteſta-
ri ⁊ iurare qꝛ nō nouiſſet hoīem. Et conti-
nuo gallus cātauit. Et recordatus eſt pe-
trus verbi Jeſu qd̄ dixerat: priuſq̄ꝫ gallus
cantet: ter me negabis. Et egreſſus foras
fleuit amare. Mane aūt facto: cōſiliū inie-
runt oēs principes ſacerdotum ⁊ ſeniores
populi aduerſus ieſum: vt eū morti trade-
rent. Et vinctum adduxerunt eum: ⁊ tradi
derunt pontio pilato preſidi. Tunc vidēs
Judas qui eum tradidit: qꝛ dānatus eſſet:
penitentia ductus: retulit triginta argen-
teos principibus ſacerdotū ⁊ ſenioribus
dicens. S Peccaui tradens ſanguinem

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſuſtum. C At illi dixerunt. S Quid ad
nos? tu videris. C Et ꝓiectis argenteis
in tẽplo receſſit: ⁊ abiens laqueo ſe ſuſpen
dit. Principes autem ſacerdotũ acceptis
argenteis dixerunt. S Non licet eos mit
tere in corbonã: qꝛ ꝑtiũ ſanguinis eſt. C
Cõſilio aũt inito, emerunt ex illis agrũ fi
guli in ſepulturaꝫ peregrinorũ. Propter
hoc vocatꝰ eſt ager ille acheldemach hoc
eſt ager ſanguinis: vſqꝫ in hodiernũ diem.
Tũc impletũ eſt qđ dictũ eſt ꝑ hieremiam
ꝓphetã dicentẽ. Et acceperũt triginta ar
genteos ꝑtiũ appretiati: queꝫ appretiaue
rũt a filijs iſrael: ⁊ dederunt eos in agrum
figuli: ſicut cõſtituit mihi dñs. Jeſus auteꝫ
ſtetit ante ꝑſidẽ. Et interrogauit eum pre
ſes dicẽs. S Tu es rex iudeorũ? C Di
cit ei ieſus. ✠ Tu dicis. C Et cum accu
ſaret a principibus ſacerdotum ⁊ ſeniori
bus: nihil reſpõdit. Tunc dicit illi pilatus.
S Non audis quãta aduerſum te dicunt
teſtimonia? C Et nõ rñdit ei ad vllũ ver
bum: ita vt miraretur preſes vehementer.
Per diẽ autẽ ſolẽnem conſueuerat preſes
dimittere populo vnũ vinctũ queꝫ voluiſ
ſent. Habebat aũt tunc vnum vinctũ inſi



gnem qui dicebat barrabas, qui ꝓpter ſe
ditionẽ miſſus fuerat in carcerẽ. Congre
gatis aũt illis dixit pilatus. S Queꝫ vul
tis dimittam vobis: barrabam an Jeſum:
qui dicitur chriſtus? C Sciebat enim ꝙ
per inuidiã tradidiſſent eũ. Sedente autẽ
illo pro tribunali: miſit ad illum vxor eius
dicens. S Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Multa
enim paſſa ſum hodie ꝑ viſum ꝓpter euꝫ.
C Principes auteꝫ ſacerdotũ ⁊ ſeniores
perſuaſerunt populis: vt peterent barra
bã: ieſum vero ꝑderent. Reſpõdens auteꝫ
preſes ait illis. S Quem vultis vobis de
duobꝰ dimitti? C At illi dixerũt. S Bar
rabam. C Dicit illis pilatus. S Quid er
go faciã de ieſu: qui dicit chriſtus? C Di
cũt oẽs. S Crucifigat. C Ait illis ꝑſes.
S Quid enim mali fecit? C At illi ma
gis clamabãt dicentes. S Crucifigatur.
C Uidens autẽ pilatus: qꝛ nihil ꝓficeret:
ſed magis tumultus fieret: accepta aqua:
lauit manus corã populo dicens. S In
nocẽs ego ſum a ſanguine iuſti huius: vos
videritis. C Et rñdens vniuerſus popu
lus dixit. S Sanguis eius ſuper nos: ⁊
ſup filios nr̃os. C Tunc dimiſit illis bar

Universidad de Deusto Biblioteca



rabam: ieſum autē flagellatū tradidit eis:
vt crucifigeret. Tunc milites p̄ſidis ſuſci/
piētes ieſuꝫ in p̄torio: ꝯgregauerūt ad euꝫ
vniuerſam cohortē. Et exuentes eū: chla/
mydē coccineā circūdederunt ei ꝛ plecten
tes coronā de ſpinis poſuerunt ſup caput
eius: ꝛ arundinē in dextera eius: ꝛ genufle
xo ante euꝫ: illudebant ei dicētes. S Aue
rex iudeoꝝ. C Et expuentes in eū acce/
perūt arundinem: ꝛ p̄cutiebāt caput eius:
Et poſtq̄ illuſerunt ei: exuerunt euꝫ chla/
myde: ꝛ induerūt eū veſtimētis eius: ꝛ du/
xerunt euꝫ vt crucifigerent. Exeuntes au/
tem inuenerūt hoīem cyreneuꝫ venienteꝫ
de villa noīe ſimonem. Hunc angariaue/
runt: vt tolleret crucem eius. Et venerūt
in locum q̄ dr̄ golgotha: qd̄ eſt caluarie lo/
cus: ꝛ dederunt ei vinum bibere cum felle
miſtum. Et cum guſtaſſet noluit bibere.
Poſtq̄ auteꝫ crucifixerunt euꝫ: diuiſerūt
veſtimenta eius ſortē mittētes: vt impleret
qd̄ dictū eſt p̱ p̄phetā dicenteꝫ. Diuiſerūt
ſibi veſtimenta mea: ꝛ ſup veſtē meā miſe/
runt ſorteꝫ. Et ſedentes ſeruabāt euꝫ. Et
impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ip/
ſius ſcriptam. Hic eſt ieſus nazarenus rex



iudeorū. Tunc crucifixi ſunt cū eo duo la/
trones: vnus a dextris ꝛ vnus a ſiniſtris.
Pretereuntes auteꝫ blaſphemabant euꝫ
mouentes capita ſua ꝛ dicentes. S Uah
qui deſtruis templum dei: ꝛ in triduo illud
reedificas. Salua temetipſum. Si filius
dei es: deſcende de cruce. C Similiter ꝛ
principes ſacerdotum illudentes cuꝫ ſcri/
bis ꝛ ſenioribus dicebant. S Alios ſal/
uos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum face/
re. Si rex iſrael eſt: deſcēdat nunc de cru/
ce: ꝛ credimus ei. Confidit in deo: liberet
eum nunc ſi vult. Dixit enim qꝛ filius dei
ſum. C Idipſuꝫ auteꝫ ꝛ latrones qui cru
cifixi erāt cum eo: improperabāt ei. A ſe/
xta autem hora tenebre facte ſunt ſup vni
uerſaꝫ terram vſqꝫ ad horā nonaꝫ. Et cir
ca horā nonā clamauit ieſus voce magna
dicens. ✠ Heli heli lamazabachthani.
C Hoc eſt. ✠ Deus meus, deus meus:
vt qd dereliqſti me? C Quidā auteꝫ illic
ſtantes ꝛ audientes dicebāt. S Heliam
vocat iſte. C Et continuo currens vnus
ex eis acceptā ſpōgiaꝫ ipleuit aceto: ꝛ ipo/
ſuit arūdini, ꝛ dabat ei bibere. Ceteri vero
dicebāt. S Sine videamus an veniat he

Universidad de De
Bibliotec

lias liberans eũ. C Jeſus aũt iterum cla-
mãs voce magna emiſit ſpũm. Et ecce ve-
lũ templi ſciſſum eſt in duas partes, a ſum
mo vſqꝫ deorſum: ⁊ terra mota eſt: ⁊ petre
ſciſſe ſunt: ⁊ monumẽta aperta ſunt: ⁊ mul
ta corpora ſanctorũ qui dormierant: ſurre
xerunt: ⁊ exeũtes de monumentis poſt re-
ſurrectioneꝫ eius venerũt in ſanctã ciuita-
tem: ⁊ apparuerunt multis. Centurio aũt
⁊ ꝗ cũ eo erant cuſtodientes ieſuꝫ: viſo ter-
remotu ⁊ his que fiebãt: timuerunt valde
dicentes. S Vere filius dei erat iſte. C
Erãt auteꝫ ibi mulieres multe a lõge que
ſecute erãt ieſum a galilea: miniſtrãtes ei:
inter quas erat maria magdalene ⁊ maria
iacobi: ⁊ Joſeph mater: ⁊ mater filiorum
zebedei. Cum ſero aũt factum eſſet: venit
quidaꝫ homo diues ab arimathia noie io-
ſeph: qui ⁊ ipſe diſcipulus erat Jeſu. Hic
acceſſit ad pilatum: ⁊ petijt corpus Jeſu.
Tunc pilatus iuſſit reddi corpus. Et ac-
cepto corpore ioſeph: inuoluit illud in ſin-
done munda: ⁊ poſuit illud in monumẽto
ſuo nouo: qd̄ exciderat in petra. Et aduol
uit ſaxũ magnuꝫ ad oſtium monumenti: ⁊
abijt. Erat aũt ibi maria magdalene: ⁊ al-



tera maria: ſedentes contra ſepulchrum.
Hic cantatur in tono euangelij.
Altera autem die que eſt poſt para-
ſceuen: conuenerunt principes ſacerdotũ
⁊ phariſei ad pilatũ dicentes. Dñe recor-
dati ſumus: qꝛ ſeductor ille dixit adhuc vi-
uens: poſt tres dies reſurgam. Jube ergo
cuſtodiri ſepulchrũ vſqꝫ in diem tertiũ: ne
forte veniãt diſcipuli eius ⁊ furent eum: ⁊
dicãt plebi: ſurrexit a mortuis. Et erit no-
uiſſimus error peior priore. Ait illis pila-
tus. Habetis cuſtodiaꝫ: ite, cuſtodite ſicut
ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſe-
pulchrũ: ſignãtes lapidem cũ cuſtodibus.

C Paſſio dñi nři ieſu chriſti ſm marcuꝫ.

In illo tẽpore: erat paſcha ⁊ azyma
poſt biduuꝫ, ⁊ q̄rebant ſummi ſacer-
dotes ⁊ ſcribe: quõ ieſum dolo tenerent ⁊
occiderent. Dicebãt eniꝫ. S Non in die
feſto. C Ne forte tumultus fieret in po-
pulo. Et cum eſſet Jeſus bethanie in do-
mo ſimonis leproſi: ⁊ recũberet: venit mu
lier habens alabaſtrũ vnguenti nardi ſpi-
cati pretioſi: ⁊ fracto alabaſtro effudit ſuꝑ
caput eius. Erant autẽ quidaꝫ indigne fe-
rentes intra ſemetipſos: ⁊ dicẽtes. S Ut

Universidad de Deusto Biblioteca



quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Po
terat eniꝫ vnguẽtuꝫ iſtud venũdari pluſq̃
trecẽtis denarijs ꝛ dari paupibus. C Et
fremebãt in eã. Jeſuꝫ auteꝫ dixit. ✠ Sini
te eã. Quid illi moleſti eſtis? Bonũ opus
opata eſt in me. Semper enim pauperes
habebitis vobiſcum: ꝛ cum volueritis po
teſtis illis benefacere: me autẽ nõ ſemper
habebitis. Quod habuit hec fecit: preue
nit vngere corpus meum in ſepulturam.
Amen dico vobis: vbicunqꝫ p̃dicatum fue
rit euangelium iſtud in vniuerſo mundo:
ꝛ qđ fecit: narrabit in memoriam eius. C
Et iudas ſcariotis vnuꝫ de duodeciꝫ abijt
ad ſummos ſacerdotes: vt ꝓderet eum il
lis. Qui audiẽtes gauiſi ſunt: ꝛ ꝓmiſerunt
ei pecuniã ſe daturos. Et q̃rebat quõ illũ
opportune traderet. Et p̄io die azymorũ
qñ paſcha imolabãt dicunt ei diſcipuli. S
Quo vis eamus ꝛ paremus tibi vt mãdu
ces paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis
ſuis ꝛ dicit eis. ✠ Ite in ciuitateꝫ: ꝛ occur
ret vobis hõ lagenaꝫ aque baiulãs. Seq
mini euꝫ: ꝛ quocunqꝫ introierit: dicite dño
domus: qa magiſter dicit: vbi eſt refectio
mea: vbi paſcha cum diſcipulis meis man

ducem? Et ipſe vobis demonſtrabit cena
culum grande ſtratuꝫ: ꝛ illic parate nobis.
C Et abierunt diſcipuli eius: ꝛ venerunt
in ciuitatem: ꝛ inuenerunt ſicut dixerat il
lis: ꝛ parauerunt paſcha. Veſpere autem
facto venit cum duodecim: ꝛ diſcumben
tibus eis: ꝛ manducantibus: ait Jeſus. ✠
Amen dico vobis: qa vnus ex vobis me
tradet qui manducat mecuꝫ. C At illi ce
perunt cõtriſtari ꝛ dicere ei ſingillatim. S
Nunquid ego? C Qui ait illis. ✠ Unus
ex duodecim q intingit mecum manum in
catino. Et filius quidem hominis vadit ſi
cut ſcriptum eſt de eo. Ueh autem homi
ni illi per quem filius hominis tradet. Bo
num erat ei: ſi non eſſet natus homo ille.
C Et manducantibus illis accepit ieſus
panem: ꝛ benedicens fregit ꝛ dedit eis: ꝛ
ait. ✠ Sumite: hoc eſt corpus meum. C
Et accepto calice gratias agens dedit
eis. Et biberũt ex illo omnes: ꝛ ait illis. ✠
Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui
pro multis effundetur. Amen dico vobis:
ꝙ iam non bibam de genimine vitis vſqꝫ
in diem illum: cum illud bibã vobiſcum no
uũ in regno dei. C Et hymno dicto: exie

Universidad de Deusto
Biblioteca



runt in montem oliuarū. Et ait illis ieſus.
✠ Oēs vos ſcandalizabimini in me in no/
cte iſta: qꝛ ſcriptuz eſt. Percutiā paſtoꝛez:
⁊ diſpergentur oues. Sed poſtq̃ʒ reſurre
xero ꝑcedā vos in galileaz. Ꞇ Petrus
aūt ait illi. S Et ſi oēs ſcādalizati fuerint
ſed nō ego. Ꞇ Et ait illi ieſus. ✠ Amen
dico tibi: qꝛ tu hodie in nocte hac priuſq̃ʒ
bis gallus vocē dederit: ter me es negatu/
rus. Ꞇ At ille amplius loquebať. S Et
ſi opoꝛtuerit me ſimul cōmoꝛi tibi: non te
negabo. Ꞇ Similiter aūt ⁊ oēs dicebāt.
Et veniūt in p̄diuz cui nomē gethſemani:
⁊ ait diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic donec
oꝛem. Ꞇ Et aſſumpſit petrum ⁊ iacobuz
⁊ ioannem ſecuz: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere.
Et ait illis. ✠ Triſtis eſt anima mea vſqʒ
ad moꝛtem. Suſtinete hic ⁊ vigilate. Ꞇ
Et cum proceſſiſſet paululum procidit ſu
per terram: ⁊ oꝛabat: vt ſi fieri poſſet: trāſi
ret ab eo hoꝛa: ⁊ dixit. ✠ Abba pater: om
nia tibi poſſibilia ſunt: transfer calicez hūc
a me. Sed nō qd̄ ego volo: ſed qd̄ tu. Ꞇ
Et venit ⁊ inuenit eos doꝛmiētes: ⁊ ait pe
tro. ✠ Simon doꝛmis? Nō potuiſti vna
hoꝛa vigilare mecum? Vigilate ⁊ oꝛate: vt



nō intretis in tentationem. Spūs quidez
prōptus eſt: caro autez infirma. Ꞇ Et ite
rum abiēs oꝛauit eundē ſermonez dicens.
Et reuerſus denuo inuenit eos doꝛmien/
tes. Erant enim oculi eoꝛū grauati ⁊ igno
rabāt qd reſpōderent ei. Et venit tertio: ⁊
ait illis. ✠ Doꝛmite iā ⁊ regeſcite. Suffi/
cit. Venit hoꝛa: ecce tradetur filius hoīs in
manus peccatoꝛuz. Surgite eamus: ecce
qui me tradet prope eſt. Ꞇ Et adhuc eo
loquēte: venit iudas ſcarioth vnus ex duo
decim: ⁊ cū eo turba multa: cū gladijs ⁊ li/
gnis: miſſi a ſummis ſacerdotibus: ⁊ ſcri/
bis ⁊ ſenioꝛibus. Dederat autem traditoꝛ
eis ſignū dicens. S Quēcunqʒ oſculatus
fuero ipſe eſt: tenete eum: ⁊ ducite caute.
Ꞇ Et cum veniſſet: ſtatim accedēs ad eū
ait. S Rhabbi. Ꞇ Et oſculatus eſt euz.
At illi manus iniecerūt in euz: ⁊ tenuerunt
eū. Vnus aūt de circūſtātibus educēs gla/
diū: ꝑcuſſit ſeruū ſummi ſacerdotis: ⁊ am/
putauit illi auriculam. Et rn̄dens ieſus ait
illis. ✠ Tanq̃ʒ ad latronē exiſtis cum gla
dijs ⁊ lignis cōprehendere me. Quotidie
eraz apud vos in templo docens: ⁊ nō me
tenuiſtis. Sed vt adimpleātur ſcripture.

Universidad de De[usto] Bibliotec[a]



C Tunc diſcipuli eius relinquentes euz: oēs fugerunt. Adoleſcens autē qdā ſequebat euz amictus ſindone ſup nudo: ⁊ tenuerunt euz. At ille reiecta ſindone nudus ꝓfugit ab eis. Et adduxerunt ieſum ad ſummuz ſacerdotez: ⁊ cōuenerunt oēs ſacerdotes, ⁊ ſcribe, ⁊ ſeniores. Petrus autez a lōge ſecutus eſt eū: vſqz intro in atriū ſummi ſacerdotis: ⁊ ſedebat cuz miniſtris: ⁊ calefaciebat ſe ad ignez. Sūmi vero ſacerdotes ⁊ omne cōciliuz q̄rebāt aduerſus ieſuz teſtimoniū: vt eū morti traderēt: nec inueniebāt. Multi eniz teſtimoniuz falſuz dicebāt aduerſus euz: ⁊ cōuenientia teſtimonia nō erāt. Et qdaz ſurgentes falſum teſtimoniuz ferebāt aduerſus eū dicētes. S Qm̄ nos audiuim⁹ euz dicētē. Ego diſſoluā tēplū hoc manufactum: ⁊ poſt triduuz aliud nō manufactuz edificabo. C Et non erat cōueniens teſtimoniū illorū. Et exurgens ſūmus ſacerdos in mediū interrogauit ieſum dicēs. S Nō rn̄des qcq̄ ad ea q̄ tibi obijciunt ab his? C Ille aūt tacebat: ⁊ nihil rn̄dit. Rurſus ſummus ſacerdos interrogabat eū: ⁊ dixit ei. S Tu es chr̄s filius dei bn̄dicti? C Ieſus āt dixit illi. ✠ Ego



ſum. Et videbitis filiū hois ſedentez a dextris v̄tutis dei: ⁊ venientē cū nubibus celi. C Sūm⁹ aūt ſacerdos ſcidēs veſtimēta ſua ait. S Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Quid vobis vr̄? C Qui oēs ꝯdēnauerūt eū eē reū mortis. Et ceperunt qdā ꝯſpuere eū: ⁊ velare faciē eius: ⁊ colaphis euz cedere: ⁊ dicere ei. S Prophetiza. C Et miniſtri alapis eū cedebant. Et cum eſſet petrus in atrio deorſum: venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis: ⁊ cum vidiſſet petrū calefaciētez ſe: aſpiciens illū ait. S Et tu cū ieſu nazareno eras. C At ille negauit dicēs. S Neque ſcio neqz noui quid dicas. C Et exijt foras ante atriū: ⁊ gallus cātauit. Rurſus aūt cum vidiſſet illū alia ancilla: cepit dicere circunſtātibus. Quia hic ex illis eſt. At ille iterū negauit. Et poſt puſillum rurſus q aſtabāt dicebant petro. Vere ex illis es: nā ⁊ galileus es. Ille aūt cepit anathematizare ⁊ iurare: qꝛ neſcio hoiem iſtum quez dicitis. Et ſtatim iteruz gallus cātauit. Et recordatus eſt petrus verbi qd̄ dixerat ei ieſus: priuſq̄ gallus cantet bis: ter me negabis. Et cepit flere. Et ꝯfeſtiz mane cōſi

Universidad de Deu[...] Biblioteca

lium facientes ſummi ſacerdotes cū ſenio
ribus ⁊ ſcribis: ⁊ vniuerſo cōcilio: vincien/
tes ieſum duxerūt ⁊ tradiderūt pilato. Et
interrogauit euȝ pilatus. S Tu es rex iu
deorū? C At ille rn̄dens ait illi. ✠ Tu di
cis. C Et accuſabant euȝ ſummi ſacerdo
tes in multis. Pilatus aūt rurſus interro/
gauit eū dicens. S Non rn̄des qcq̄ȝ? Ui
des in quantis te accuſant? C Jeſuſ autē
amplius nihil rn̄dit: ita vt miraret̄ pilatus,
Per diem aūt feſtuȝ ſolebat illis dimitte/
re vnū ex vinctis quēcūqȝ petiſſent. Erat
aūt qui dicebat̄ barrabas: q cum ſeditioſis
erat vinctus: q in ſeditione fecerat homici
diū. Et cū aſcendiſſet turba: cepit rogare
ſicut ſemꝑ faciebat illis. Pilatus autȝ rn̄/
dit eis: ⁊ dixit. S Vultis dimittam vobis
regem iudeorū? C Sciebat enim qꝫ ꝑ in
uidiam tradidiſſent eū ſummi ſacerdotes.
Pōtifices aūt cōcitauerūt turbā: vt magis
barrabā dimitteret eis. Pilatus aūt iterū
rn̄dens: ait illis. S Quid ergo vultis fa/
ciā regi iudeorū? C At illi iterū clamaue/
runt. S Crucifige euȝ. C Pilatus vero
dicebat eis. S Quid enim mali fecit? C
At illi magis clamabāt. S Crucifige eū.
C Pilatus



C Pilatus autȝ volens populo ſatiſfa/
cere dimiſit illis barrabaȝ: ⁊ tradidit ieſum
flagellis ceſum: vt crucifigeretur. Milites
aūt duxerūt eū intro in atriū pretorij: ⁊ cō/
uocāt totā cohortē. Et induunt eū purpu
ra: ⁊ imponūt ei plectentes ſpineā coronā,
⁊ ceperūt ſalutare eū. S Aue rex iudeo/
rū. C Et ꝑcutiebāt caput eius arundine:
⁊ cōſpuebāt euȝ: ⁊ ponentes genua adora
bant eū. Et poſtq̄ȝ illuſerunt ei exuerūt il/
luȝ purpura: ⁊ induerunt eum veſtimentis
ſuis: ⁊ educūt illū vt crucifigerent euȝ. Et
angariauerūt p̄tereuntē quēpiā ſimonem
cyreneū venientē de villa: patrē alexandri
⁊ rufi: vt tolleret crucem eius. Et ꝑducūt
eū in golgotha locū: qd̄ eſt interpretatum
caluarie locus. Et dabant ei bibere myr/
rhatū vinū: ⁊ nō accepit. Et crucifigentes
eū diuiſerunt veſtimēta eius: mittētes ſor/
tē ſuꝑ eis: vt quis qd tolleret. Erat autem
hora tertia: ⁊ crucifixerunt eum. Et erat ti
tulus cauſe eius ſcriptus: rex iudeorū. Et
cū eo crucifigūt duos latrones: vnuȝ a de/
xtris eius: ⁊ aliū a ſiniſtris. Et adimpleta
eſt ſcriptura q̄ dicit. Et cū iniquis reputa/
tus eſt. Et p̄tereuntes blaſphemabāt euȝ:

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



moventes capita ſua ⁊ dicentes. S Vah
q deſtruis tēplū dei: ⁊ in trib⁹ diebus reedi
ficas. Saluū fac temetipſum deſcendens
de cruce. C Silr ⁊ ſummi ſacerdotes il/
ludentes: ad alterutrū cū ſcribis dicebant.
S Alios ſaluos fecit: ſeipſum nō pōt ſal/
uum facere. Chriſtus rex iſrael deſcendat
nūc de cruce: vt videamus ⁊ credamus. C
Et qui cū eo crucifixi erāt cōuiciabanť ei.
Et facta hora ſexta: tenebre facte ſunt ſu/
p totā terrā: vſqz in horā nonam. Et hora
nona exclamauit ieſus voce magna dicēs.
✠ Heloy heloy lamazabachthani? C
Qd eſt interpretatū. ✠ Deus meus: deus
meus: vt qd dereliqſti me? C Et qdā de
circūſtātibus audientes dicebāt. S Ecce
Heliā vocat. C Currēs aūt vnus: ⁊ im/
plēs ſpōgiā aceto circūponenſqz calamo
potū dabat ei dicēs. S Sinite: videam⁹
ſi veniat helias ad deponendū eū. C Je/
ſus autē emiſſa voce magna expirauit. Et
velū tēpli ſciſſuz eſt in duo, a ſummo vſqz
deorſum. Vidēs aūt centurio q ex aduer/
ſo ſtabat: qꝛ ſic clamans expiraſſet: ait. S
Vere hic hō filius dei erat. C Erāt aūt ibi
mulieres de lōge aſpicientes, inter qs erat



maria magdalene, ⁊ maria iacobi minoris
⁊ ioſeph mater: ⁊ ſalome. Et cum eſſet in
galilea: ſequebantur eū: ⁊ miniſtrabāt ei: ⁊
alie multe: que ſimul cum eo aſcenderant
hieroſolymā. Hic legiť in tono euāgelij.
Et cum iaz ſero eſſet factum, qꝛ erat
paraſceue: qd eſt an̄ ſabbatū: venit
ioſeph ab arimathia nobilis decurio: qui
⁊ ipſe erat expectās regnū dei: ⁊ audacter
introiuit ad pilatū: ⁊ petijt corpus ieſu. Pi
latus autē mirabať ſi iā obijſſet. Et accer/
ſito centurione: interrogauit eum ſi iā mor
tuus eſſet. Et cum cognouiſſet a centurio/
ne: donauit corpus ioſeph. Joſeph autem
mercatus ſindonē eſt: ⁊ deponēs eū inuol
uit in ſindone: ⁊ poſuit eū in monumento:
quod erat exciſum de petra: ⁊ aduoluit la/
pidem ad oſtium monumenti. ¶ Paſſio
domini noſtri ieſu chriſti ſm lucam.
In illo tpe. C Appropinquabat au
tem dies feſtus azymorum qui dicitur pa/
ſcha: ⁊ querebant principes ſacerdotum
⁊ ſcribe: quomodo ieſum interficerent: ti/
mebant vero plebem. Intrauit autem ſa/
tanas in iudā: qui cognominabať ſcarioth
vnum de duodecim: ⁊ abijt ⁊ locutus eſt

Universidad de De
Bibliotec



cũ principibus ſacerdotũ ⁊ magiſtratibus:
quẽadmodũ traderet illum eis. Et gauiſi
ſunt: ⁊ pacti ſunt pecuniã illi dare. Et ſpo/
põdit. Et querebat opportunitatẽ, vt tra/
deret eum ſine turbis. Uenit aũt dies azy/
morũ: in qua neceſſe erat occidi paſcha: ⁊
miſit petrũ ⁊ ioãnẽ dicẽs. ✠ Eũtes para/
te nobis paſcha: vt mãducemus. C At il
li dixerũt. S Ubi vis paremus? C Et di
xit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis
in ciuitatez occurret vobis homo ampho/
rã aque portãs: ſequimini euz in domũ: in
quam intrat: ⁊ dicetis pr̄ifamilias domus.
Dicit tibi magiſter: Ubi eſt diuerſorium:
vbi paſcha cũ diſcipulis meis manducez?
Et ipſe vobis oſtẽdet cenaculũ magnum
ſtratũ: ⁊ ibi parate. C Eũtes autẽ inuene
runt ſicut dixit illis ieſus: ⁊ parauerunt pa/
ſcha. Et cum facta eſſet hora diſcubuit: ⁊
duodecim apl̃i cuz eo. Et ait illis. ✠ De/
ſiderio deſideraui hoc paſcha manducare
vobiſcum antequã patiar. Dico enim vo/
bis: qꝛ ex hoc nõ manducabo illud: donec
impleat in regno dei. C Et accepto cali/
ce: gratias egit ⁊ dixit. ✠ Accipite ⁊ diui/
dite inter vos. Dico enim vobis: qꝛ nõ bi/



bã de generatione vitis: donec regnuz dei
veniat. C Et accepto pane gratias egit:
⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicẽs. ✠ Hoc eſt cor/
pus meum: qđ pro vobis dat. Hoc facite
in meã cõmemorationẽ. C Siľr ⁊ calicẽ
poſtq̃ cenauit dicẽs. ✠ Hic calix nouuz
teſtamẽtũ eſt in ſanguine meo qui pro vo/
bis effundet. Uerũtñ ecce manus traden/
tis me: mecũ eſt in menſa. Et quidez filius
hoĩs ſcđm q̄ diffinitum eſt vadit. Uerũtñ
veh homini illi ꝑ quem tradet. C Et ipſi
ceperunt q̃rere inter ſe: qs eſſet ex eis: qui
hoc facturus eſſet. Facta eſt aũt ⁊ cõtentio
inter eos: qs eorũ videret eſſe maior. Di/
xit aũt eis. ✠ Reges gẽtiũ dñant eoꝝ: ⁊ q
poteſtatẽ habẽt ſup eos: benefici vocant.
vos aũt non ſic. Sed qui maior eſt in vo/
bis fiat ſicut iunior: ⁊ qui preceſſor eſt: ſicut
miniſtrator. Nã qs maior eſt: qui recũbit:
an qui miniſtrat? Nõne qui recũbit? Ego
autez in medio veſtrum ſum ſicut qui mini
ſtrat. Uos autẽ eſtis qui ꝑmãſiſtis mecum
in tẽtationibus meis. Et ego diſpono vo/
bis: ſicut diſpoſuit mihi pater meꝰ regnuz:
vt edatis ⁊ bibatis ſup menſam meã in re/
gno meo: ⁊ ſedeatis ſup thronos: iudican/

Universidad de Deusto Biblioteca



tes duodecim tribus iſrael. C Ait autem
dñs ſimoni. ✠ Simon: ecce ſatanas ex-
petiuit vos: vt cribraret ſicut triticũ. Ego
aũt rogaui pro te: vt nõ deficiat fides tua:
ꝛ tu aliqñ cõuerſus confirma fratres tuos.
C Qui dixit ei. S Dñe tecũ paratus ſuz
ꝛ in carcerẽ ꝛ in mortem ire. C Et ille di-
xit. ✠ Dico tibi petre: nõ cantabit hodie
gallus: donec ter abneges noſſe me. C
Et dixit eis. ✠ Quando miſi vos ſine ſac-
culo ꝛ pera ꝛ calciamentis: nunqd aliquid
defuit vobis? C At illi dixerunt. S Ni-
hil. C Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc q ha-
bet ſacculũ: tollat ſilr ꝛ perã. ꝛ qui non ha-
bet vendat tunicã ſuã: ꝛ emat gladiũ. Di-
co enim vobis: qm̃ adhuc hoc qđ ſcriptuz
eſt oportet impleri in me. Et cum iniquis
deputatus eſt. Etenim ea q̃ ſunt de me: fi-
nem habent. C At illi dixerunt. S Dñe
ecce gladij duo hic. C At ille dixit eis. ✠
Satis eſt. C Et egreſſus ibat ſm cõſue-
tudinẽ in mõtẽ oliuarũ. Secuti ſunt autez
illũ ꝛ diſcipuli eius. Et cum ꝑueniſſent ad
locũ: dixit illis. ✠ Orate ne intretis in ten-
tationẽ. C Et ipſe auulſus eſt ab eis quã-
tum iactus eſt lapidis: ꝛ poſitis genibus



orabat dicens. ✠ Pater ſi vis trãſfer ca-
licem iſtum a me. Ueruntñ nõ mea volun-
tas: ſed tua fiat. C Apparuit autez illi an-
gelus de celo cõfortãs eum. Et factus in
agonia prolixius orabat. Et factus eſt ſu-
dor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis
in terrã. Et cum ſurrexiſſet ab oratione: ꝛ
veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dor-
mientes pre triſtitia: ꝛ ait illis. ✠ Quid dor-
mitis? Surgite ꝛ orate: ne intretis in tenta-
tionem. C Adhuc eo loquente: ecce tur-
ba: ꝛ q vocabat iudas: vnus de duodecim
antecedebat eos: ꝛ appropinquauit ieſu:
vt oſcularet eum. Jeſus autez dixit illi. ✠
Juda oſculo filiũ hoĩs tradis? C Uiden-
tes aũt hi q circa ipſuz erãt qđ futurũ erat:
dixerunt ei. S Dñe ſi ꝑcutimꝰ in gladio?
C Et ꝑcuſſit vnus ex illis ſeruũ principis
ſacerdotũ: ꝛ amputauit auriculaz eius de-
xtraz. Rñdens autem ieſus ait. ✠ Sinite
vſqz huc. C Et cum tetigiſſet auriculam
eius: ſanauit euz. Dixit autez ieſus ad eos
q venerãt ad ſe principes ſacerdotuz ꝛ ma-
giſtratus templi ꝛ ſeniores. ✠ Quaſi ad
latronez exiſtis cum gladijs ꝛ fuſtibus: cuz
quotidie vobiſcum fuerim in templo: ꝛ nõ

Universidad de Deu
Bibliote



extēdiſtis manus in me. Sed hec eſt ho-
ra veſtra: ⁊ poteſtas tenebraruꝫ. C Con
prehendentes autē eū duxerūt ad domuꝫ
principis ſacerdotū. Petrus vero ſeque-
bat eū a longe. Acceſo aūt igne in medio
atrio: ⁊ circūſedētibus illis: erat petrus in
medio eoꝝ. Quē cum vidiſſet ancilla q̄dā
ſedentē ad lumen: ⁊ eū fuiſſet intuita dixit.
S Et hic cuꝫ illo erat. C At ille negauit
eum dicens. S Mulier nō noui illuꝫ. C
Et poſt puſillū alius videns euꝫ dixit. S
Et tu de illis es. C Petrus vero ait. S
O homo nō ſum. C Et interuallo facto
quaſi hore vnius: alius q̄daꝫ affirmabat di
cens. S Vere ⁊ hic cū illo erat. Nā ⁊ ga-
lileus eſt. C Et ait petrus. S Hō neſcio
q̄d dicis. C Et cōtinuo adhuc illo loquē
te cantauit gallus: ⁊ cōuerſus dn̄s reſpexit
petruꝫ: ⁊ recordatus eſt petrus verbi dn̄i:
ſicut dixerat: q̄a priuſq̄ꝫ gallus cantet: ter
me negabis. Et egreſſus foras petrus: fle
uit amare. Et q̄ tenebāt ieſum illudebant
ei: cedētes eū. Et velauerūt eum: ⁊ ꝑcutie
bāt faciē eius: ⁊ interrogabāt eū dicentes.
S Prophetiza: Quis eſt q̄ te ꝑcuſſit? C
Et alia multa blaſphemātes dicebant in



eū. Et vt factus eſt dies: cōuenerūt ſenio-
res plebis: ⁊ principes ſacerdotū, ⁊ ſcribe,
⁊ duxerūt illū in cōciliū ſuū dicētes. S Si
tu es chr̄s dic nobis. C Et ait illis. ✝ Si
vobis dixero, nō credetis mihi. Si autem
interrogauero: nō rn̄debitis mihi: neq̄ꝫ di
mittetis. Ex hoc aūt erit filius hoīs ſedēs
a dextris v̄tutis dei. C Dixerūt aūt oēs.
S Tu ergo es filius dei? C Qui ait. ✝
Vos dicitis: q̄ꝛ ego ſuꝫ. C At illi dixerūt.
S Quid adhuc deſideramus teſtimoniū?
Ipſi eniꝫ audiuimꝰ ex ore eius. C Et ſur
gēs oīs multitudo eoꝝ: duxerunt illum ad
pilatū. Ceperunt autē illū accuſare dicen
tes. S Hūc inuenimus ſubuertentē gen
tem noſtrā: ⁊ prohibentē tributa dari ceſa
ri: ⁊ dicētē ſe chr̄m regē eſſe. C Pilatus
aūt interrogauit eū dicens. S Tu es rex
iudeoꝝ? C At ille rn̄dens ait. ✝ Tu di-
cis. C Ait aūt pilatus ad principes ſacer-
dotū ⁊ turbas. S Nihil inuenio cauſe in
hoc homine. C At illi inualeſcebāt dicē-
tes. S Cōmouit populū: docēs per vni
uerſam iudeā: incipiēs a galilea vſq̄ꝫ huc.
C Pilatus aūt audiens galileā: interro-
gauit ſi hō galileus eſſet. Et vt cognouit

Universidad de Deusto Biblioteca



q̄ de herodis poteſtate eſſet: remiſit eum
ad herodem: qui ⁊ ipſe hieroſolymis erat
illis diebus. Herodes auteꝫ viſo ieſu: ga-
uiſus eſt valde. Erat eniꝫ cupiens ex mul-
to tēpore videre illuꝫ: eo q̄ audierat mul-
ta de illo: ⁊ ſperabat ſignum aliqđ videre
ab eo fieri. Interrogabat autem illū mul-
tis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſponde
bat. Stabant autem principes ſacerdo-
tum ⁊ ſcribe conſtanter accuſantes eum.
Spreuit autem illum herodes cum exer-
citu ſuo: ⁊ illuſit indutum veſte alba: ⁊ re-
miſit ad pilatuꝫ. Et facti ſunt amici hero-
des ⁊ pilatus in ipſa die. Nam antea ini-
mici erant adinuicem. Pilatus autem cō-
uocatis principibus ſacerdotum: ⁊ magi-
ſtratibus ⁊ plebe: dixit ad illos. S Obtu-
liſtis mihi hunc hominem quaſi auerten-
tem populum: ⁊ ecce ego coram vobis in-
terrogans: nullam cauſam inuenio in hoīe
iſto: ex his in quibus eum accuſatis. Sed
neqꝫ herodes. Nam remiſit illum ad nos:
Et ecce nihil dignum morte actum eſt ei.
Emendatum ergo illum dimittā. C Ne-
ceſſe autem habebat dimittere eis p̄ diem
feſtum vnū. Exclamauit autem ſimul vni



uerſa turba dicens. S Tolle hunc ⁊ di-
mitte nobis barrabaꝫ. C Qui erat ꝓpter
ſeditionem quandā factaꝫ in ciuitate ⁊ ho-
micidium, miſſus in carcerem. Iterum au-
tem pilatus locutus eſt ad illos: volēs di-
mittere ieſuꝫ. At illi ſucclamabāt dicētes.
S Crucifige: crucifige illū. C Ille auteꝫ
tertio dixit ad illos. S Quid enim mali fe
cit iſte? Nullam cauſam mortis inuenio in
eo. Corripiaꝫ ergo illū ⁊ dimittā. C At il
li inſtabāt vocibus magnis, poſtulātes vt
crucifigeret̄: ⁊ inualeſcebāt voces eorū: ⁊
pilatus adiudicauit fieri petitionem eorū.
Dimiſit aūt illis euꝫ: q propter homicidiū
⁊ ſeditionē miſſus fuerat in carcereꝫ queꝫ
petebāt: ieſuꝫ vero tradidit volūtati eorū.
Et cum ducerent eum: apprehenderunt
ſimonem quendā cyrenenſem venientem
de villa: ⁊ impoſuerunt illi cruceꝫ portare
poſt ieſum. Seq̄bant̄ aūt illum multa tur-
ba populi ⁊ mulierū: q̄ plāgebāt ⁊ lamēta-
bant eum. Cōuerſus aūt ad illas ieſus di-
xit. ✠ Filie hieruſalem nolite flere ſuper
me: ſed ſuper voſipſas flete: ⁊ ſuper filios
veſtros: q̄m ecce venient dies: in q̄bus di-
cent. Beate ſteriles: ⁊ ventres qui nō ge-

nuerūt:ꝛ vbera que nō lactauerūt. Tunc
incipiēt dicere mōtibus: cadite ſup nos: ꝛ
collibus:opite nos: qꝛ ſi in viridi ligno hoc
faciūt:in arido qd fiet? C Ducebant aūt
ꝛ alij duo nequā cū eo: vt interficerentur.
Et poſtq̄ȝ venerūt in locuȝ qui vocat cal-
uarie:ibi crucifixerunt eū:ꝛ latrones: vnū
a dextris:ꝛ alteruȝ a ſiniſtris. Jeſus aūt di
cebat. ✝ Pater dimitte illis: non enim
ſciunt qd faciūt. C Diuidētes vero veſti-
menta eius miſerunt ſortes. Et ſtabat po-
pulus expectās: ꝛ deridebāt eū principes
cū eis dicētes. S Alios ſaluos fecit:ſeip-
ſum ſaluuȝ faciat:ſi hic eſt chriſtus dei ele-
ctus. C Illudebāt autē ei:ꝛ milites acce
dētes ꝛ acetum offerentes ei ꝛ dicētes. S
Si tu es rex iudeorum,ſaluum te fac. C
Erat autē ꝛ ſuperſcriptio ſcripta ſup euȝ
literis grecis ꝛ latinis ꝛ hebraicis. Hic eſt
rex iudeorū. Unus autē de his q pēdebāt
latronibus:blaſphemabat euȝ dicens. S
Si tu es chriſtus: ſaluum fac temetipſum
ꝛ nos. C Rñdens autē alter: increpabat
euȝ dicēs. S Neqȝ tu times deum:qui in
eadē dānatione es. Et nos qdem iuſte:nā
digna factis recipimus:hic vero nihil ma-

li geſſit:ꝛ dicebat ad ieſum. S Dñe me-
mento mei cum veneris in regnum tuum.
C Et dixit illi ieſus. ✝ Amen dico tibi:
hodie mecum eris in paradiſo. C Erat
autem fere hora ſexta:ꝛ tenebre facte ſunt
in vniuerſa terra:vſqȝ in horā nonā: ꝛ ob-
ſcuratus eſt ſol:ꝛ velum templi ſciſſum eſt
medium:ꝛ clamans ieſus voce magna ait.
✝ Pater in manus tuas cōmendo ſpiri-
tum meuȝ. C Et hec dicēs expirauit. Ui
dens autē centurio qd factuȝ fuerat: glo-
rificauit deum dicens. S Uere hic hō iu-
ſtus erat. C Et oīs turba eorū qui ſimul
aderāt ad ſpectaculuȝ iſtud:ꝛ videbāt que
fiebant:ꝑcutiētes pectora ſua reuerteban-
tur. Stabāt autem oēs noti eius a longe:
ꝛ mulieres que ſecute erant eum a galilea
hec vidētes. Hic cantat in tono euāgelij.

C T ecce vir noīe ioſeph:qui erat de-
curio:vir bonus ꝛ iuſtus. Hic non
cōſenſerat cōſilio ꝛ actibus eoꝝ:ab arima-
thia ciuitate iudee, q expectabat ꝛ ipſe re-
gnuȝ dei. Hic acceſſit ad pilatum: ꝛ petijt
corpus ieſu. Et depoſitum inuoluit in ſin-
done:ꝛ poſuit eum in monumento exciſo:
in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Paſſio dñi noſtri ieſu chꝛi ſm ioãnes.

IN illo tpe. Egreſſus eſt Jeſus cum
diſcipulis ſuis trãs toꝛrentez cedrõ:
vbi erat boꝛtus:in quez introiuit ipſe ⁊ di/
ſcipuli eius. Sciebat aũt ⁊ iudas q trade/
bat eum locum:qꝛ frequenter ieſus conue
nerat illuc cum diſcipulis ſuis. Judas er/
go cũ accepiſſet coboꝛtem ⁊ a põtificibus
⁊ phariſeis miniſtros venit illuc cum lãter/
nis ⁊ facibus ⁊ armis. Jeſus itaqꝫ ſciens
oĩa que ventura erãt ſuper eum: proceſſit
⁊ dixit eis. ✠ Quem q̄ritis? C Rñderũt
ei. S Jeſum nazarenum. C Dicit eis ie
ſus. ✠ Ego ſum. C Stabat autem ⁊ iu
das qui tradebat eum cum ipſis. Ut ergo
dixit eis ego ſum:abierunt retroꝛſum: ⁊ ce
ciderunt in terrã. Jterum ergo interroga/
uit eos. ✠ Quem q̄ritis? C Jlli aũt dixe
runt. S Jeſum nazarenum. C Reſpon/
dit ieſus. ✠ Dixi vobiꝭ quia ego ſum. Si
ergo me q̄ritis:ſinite bos abire. C Ut im
pleretur ſermo quem dixit. Quia quos de
diſti mibi:non perdidi ex eis quẽquã. Si/
mon ergo Petrus babens gladium edu/
xit eum: ⁊ percuſſit ſeruum pontificis: ⁊
abſcidit auriculam eius dexteram. Erat



autez nomẽ ſeruo malchus. Dixit ergo ie
ſus petro. ✠ Mitte gladiũ tuum in vagi/
nã. Calicem quez dedit mibi pater,nõ vis
vt bibaz illum? C Cohoꝛs ergo ⁊ tribu/
nus ⁊ miniſtri iudeoꝛũ cõpꝛehenderũt Je
ſum:⁊ ligauerunt:⁊ adduxerũt eum ad an
nam pꝛimum. Erat autez anna ſocer cay/
phe:qui erat põtifex anni illius. Erat au/
tem cayphas qui cõſilium dederat iudeiꝭ:
qꝛ expedit vnuz boiem moꝛi pꝛo populo.
Seq̄baṫ autẽ ieſum ſimon petrus ⁊ alius
diſcipulus. Diſcipulus aũt ille notus erat
põtifici:⁊ introiuit cũ ieſu in atriuz pontifi/
cis. Petrus autez ſtabat ad oſtium foꝛis.
Exiuit ergo diſcipulus alius q erat notus
põtifici:⁊ dixit oſtiarie:⁊ introduxit petrũ.
Dixit ergo petro ancilla oſtiaria. S Nũ/
quid ⁊ tu es ex diſcipulis boĩs iſtius? C
Dixit ille. S Non ſum. C Stabãt aũt
ſerui ⁊ miniſtri ad pꝛunas: qa frigus erat:
⁊ calefaciebant ſe. Erat autem cũ eis pe/
trus ſtans ⁊ calefaciens ſe. Pontifex er/
go interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis ⁊
de doctrina eius. C Reſpondit ieſus. ✠
Ego palã locutus ſum mundo. Ego ſem
per docui in ſynagoga ⁊ in tẽplo:quo oẽs

Universidad de Deu[sto] Bibliotec[a]



iudei cõueniũt. Et in occulto locutus ſum
nihil. Quid me iterrogas? Interroga eos
qui me audierunt qd locutus ſuz ipſis. Ec-
ce hi ſciunt que dixerim ego. C Hec au-
tem cum dixiſſet vnus aſſiſtens miniſtrorũ
dedit alapã ieſu dicens. S Sic rñdes põ-
tifici? C Rñdit ei ieſus. ✠ Si male locu-
tus ſum: teſtimoniũ phibe de malo. Si au-
tẽ bene qd me cedis? C Et miſit eũ annas
ligatũ ad cayphã põtificem. Erat autem
ſimõ petrus ſtans ⁊ calefaciens ſe. Dixe-
runt ergo ei. S Nunqd ⁊ tu ex diſcipulis
eius es? C Negauit ille ⁊ dixit. S Non
ſum. C Dixit vnus ex ſeruis põtificis co-
gnatus eius cuius abſcidit petrus auricu-
lã. S Nõne ego te vidi i horto cũ illo? C
Iterũ ergo negauit petrus ⁊ ſtatim gallus
cantauit. Adducũt ergo ieſuz ad cayphaz
in p̃toriuz. Erat ãt mane: ⁊ ipſi nõ introie-
runt in p̃torium vt nõ cõtaminarent: ſed vt
mãducarent paſcha. Exiuit ergo pilatus
foras ⁊ dixit. S Quã accuſationẽ affertis
aduerſus hoiez hũc? C Reſpõderũt ⁊ di-
xerũt ei. S Si non eſſet hic malefactor,
nõ tibi tradidiſſemus eum. C Dixit ergo
eis pilatus. S Accipite eum vos: ⁊ ſm le-
gem



gem veſtrã iudicate eum. C Dixerũt er-
go iudei. S Nobis nõ licet iterficere quẽ-
quã. C Ut ſermo ieſu impleret quem di-
xit ſignificans qua morte eſſet moriturus.
Introiuit ergo iterũ in p̃toriũ pilatus ⁊ vo-
cauit ieſum ⁊ dixit ei. S Tu es rex iudeo-
rũ? C Rñdit ieſus. ✠ A temetipſo hoc
dicis, an alij tibi dixerũt de me? C Rñdit
pilatus. S Nunqd ego iudeus ſuz? Gẽs
tua ⁊ pontifices tui tradiderunt te mihi.
Quid feciſti? C Rñdit ieſus ✠ Regnum
meũ nõ eſt de hoc mũdo. Si ex hoc mun-
do eſſet regnũ meũ: miniſtri mei vtiqꝫ de-
certarent vt nõ traderer iudeis. Nũc autẽ
regnum meũ nõ eſt hinc. C Dixit itaqꝫ ei
pilatus. S Ergo rex es tu? C Rñdit Je-
ſus. ✠ Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in
hoc natus ſum, ⁊ ad hoc veni in mũduz: vt
teſtimoniũ phibeã veritati. Oĩs enim q ex
veritate eſt, audit vocez meaz. C Dicit ei
pilat⁹. S Quid eſt veritas? C Et cũ hoc
dixiſſet: iterum exiuit ad eos ⁊ dixit eis. S
Ego nullã inuenio in eo cãm. Eſt aũt cõ-
ſuetudo vobis: vt vnum dimittã vobis in
paſcha. Uultis ergo vt dimittaz vobis re-
gez iudeoꝝ? C Clamauerũt oẽs dicẽtes.

Universidad de Deusto Biblioteca



S Nō hūc ſed barrabā. C Erat aūt bar-
rabas latro. Tunc ergo apprehendit pi-
latus ieſum: ꝛ flagellauit: ꝛ milites plecten-
tes coronam de ſpinis impoſuerūt capiti
eius: ꝛ veſte purpurea circūdederūt euꝫ: ꝛ
veniebāt ad euꝫ: ꝛ dicebāt. S Aue rex iu-
deorū. C Et dabāt ei alapas. Exiuit ite-
rū pilatꝰ foras ꝛ dicit eis. S Ecce addu-
co eū vobis foras vt cognoſcatis: qꝛ nullā
cauſaꝫ in eo inuenio. C Exiuit ergo ieſus
portās coronam ſpineā ꝛ purpureū veſti-
mentuꝫ. Et dicit eis. S Ecce homo. C
Cū ergo vidiſſent eū pontificeſ ꝛ miniſtri,
clamabant dicentes. S Crucifige crucifi-
ge euꝫ. C Dicit eis pilatus. S Accipite
eū vos ꝛ crucifigite. Ego eniꝫ nō inuenio
in eo cauſam. C Reſpōderūt ei iudei. S
Nos legē habemus, ꝛ ſecūdū legeꝫ debet
mori: qꝛ filiū dei ſe fecit. C Cuꝫ ergo au-
diſſet pilatus hūc ſermoneꝫ magis timuit.
Et ingreſſus eſt pretoriū iterū: ꝛ dicit ad ie-
ſum. S Unde es tu? C Jeſus autem re-
ſpōſum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus
S Mihi non loqueris? Neſcis qꝛ pote-
ſtatem habeo crucifigere te: ꝛ poteſtatem
habeo dimittere te? C Reſpōdit ieſus. ✠



Non haberes poteſtateꝫ aduerſus me vl-
lam: niſi datuꝫ eſſet tibi deſuper. Propte-
rea qui tradidit me tibi maius peccatū ha-
bet. C Et exinde querebat pilatus dimit-
tere euꝫ. Judei ergo clamabant dicentes.
S Si hunc dimittis: non es amicus ceſa-
ris. Omnis enim qui ſe regeꝫ facit contra-
dicit ceſari. C Pilatus ergo cum audiſ-
ſet hos ſermones, adduxit foras Jeſum: ꝛ
ſedit pro tribunali in loco qui dicitur litho-
ſtratos: hebraice auteꝫ gabatha. Erat au-
tem paraſceue hora quaſi ſexta: ꝛ dicit iu-
deis. S Ecce rex veſter. C Illi aūt cla-
mabāt. S Tolle tolle, crucifige eū. C Di-
cit eis pilatus. S Regem veſtruꝫ crucifi-
gam? C Reſpōderūt pōtificeſ. S Non
habemus regeꝫ niſi ceſareꝫ. C Tūc ergo
tradidit eis illū: vt crucifigeret. Suſcepe-
runt auteꝫ ieſum: ꝛ eduxerunt. Et baiulās
ſibi crucē: exiuit in eū qui dicit caluarie lo-
cus: hebraice aūt golgotha: vbi eum cruci-
fixerunt. Et cū eo alios duos hinc ꝛ hinc.
Scripſit aūt titulū pilatus: ꝛ poſuit ſuper
crucem. Erat aūt ſcriptuꝫ. Jeſus nazare-
nus rex iudeorū. Hūc ergo titulū multi le-
gerūt iudeorū qꝛ prope ciuitatē erat locus

Universidad de Deusto Biblioteca

vbi crucifixus eſt ieſus. Erat aũt ſcriptuz: hebraice, grece, ⁊ latine. Dicebãt ergo pi/lato pontifices iudeorũ. S Noli ſcribere rex iudeoꝝ: ſed q̄ꝛ ipſe dixit rex ſũ iudeoꝝ. C Rñdit pilatus. S Q.ð ſcripſi ſcripſi. C Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ: acce/perũt veſtimẽta ſua ⁊ fecerũt quatuor par/tes: vnicuiqꝫ militi partem: ⁊ tunicã. Erat aũt tunica incõſutilis: deſuper cõtexta per totũ. Dixerũt ergo adinuicez. S Nõ ſcin/damus eã, ſed ſortiamur de ea cuiuſ ſit. C Ut ſcriptura impleret̃ dicẽs. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: ⁊ ſup veſtẽ meã miſe/rũt ſortez. Et milites q̄dem hoc fecerunt. Stabat aũt iuxta crucẽ ieſu mr̃ eius: ⁊ ſo/ror mr̃is eius maria cleophe: ⁊ maria mag/dalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrez ⁊ diſcipulũ ſtãtẽ quẽ diligebat, dicit mr̃i ſue. ✠ Mulier ecce filius tuuſ. C Deinde di/cit diſcipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſuam. Poſtea ſciẽs ieſus: q̄ꝛ iaz oĩa cõſummata ſunt, vt cõſummaret̃ ſcriptura dicit. ✠ Si/tio. C Uas ergo poſitum erat aceto ple/nũ. Illi autez ſpõgiã aceto circũponentes obtulerũt ori eius. Cũ ergo accepiſſet Je/



ſus acetuz dixit. ✠ Cõſũmatũ eſt. C Et inclinato capite tradidit ſpũm. Judei er/go q̄m paraſceue erat: vt non remanerent in cruce corpora ſabbato: erat enim ma/gnus dies ille ſabbati: rogauerunt pilatuz vt frãgerent̃ eorũ crura ⁊ tollerent̃. Uene/rũt ergo milites ⁊ primi q̄dẽ fregerũt cru/ra: ⁊ alterius q̄ crucifixus eſt cũ eo. Ad ie/ſum aũt cũ veniſſent ⁊ vidiſſent eũ iã mor/tuũ: nõ fregerũt eius crura: ſed vnus mili/tũ lãcea latus eius aperuit: ⁊ ꝯtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et q̄ vidit teſtimoniũ ꝑhi/buit: ⁊ verũ eſt teſtimoniũ eiuſ. Et ille ſcit: q̄ꝛ vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta ſunt enim hec vt ſcriptura impleret̃ dicẽs. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia ſcriptu/ra dicit. Uidebunt in quem tranſfixerunt.

Hic legitur in tono euangelij.

POſt hec aũt rogauit pilatuz ioſeph ab arimathia eo q̄ð eſſet diſcipulus Jeſu: occultus autem ꝓpter metum iudeorum: vt tolleret corpus Jeſu. Et permiſit pila/tus. Uenit ergo ⁊ tulit corpus eius. Uenit autez ⁊ nicodemus qui venerat ad ieſum nocte primũ ferens myrrhe ⁊ aloes quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus

Universidad de Deusto Biblioteca



ieſu ⁊ ligauerunt euꝫ linteis cum aromati/
bus ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat au
tem in loco vbi crucifixus eſt hortus: ⁊ in
horto monumentũ nouũ: in quo nondum
quiſquã poſitus erat. Ibi ergo propter pa
raſceuẽ iudeorũ: qꝛ iuxta erat monumẽtuꝫ
poſuerunt ieſum. ¶ Poſtea legatur ſym
bolũ ſeqñs. Fides catholica ſci athanaſij.

Quicunqꝫ vult ſaluus eſſe: ante oĩa
opus eſt: vt teneat catholicã fideꝫ.
Quã niſi qſqꝫ integrã inuiolatãqꝫ ſerua/
uerit: abſqꝫ dubio in eternuꝫ peribit. Fi/
des aũt catholica hec eſt: vt vnuꝫ deum in
trinitate: ⁊ trinitatẽ in vnitate veneremur.
Neqꝫ cõfundentes pſonas: neqꝫ ſubſtan/
tiam ſeparantes. Alia eſt enim pſona pa
tris: alia filij: alia ſpũs ſancti. Sed patris
⁊ filij ⁊ ſpũs ſancti vna eſt diuinitas: equa/
lis gloria: coeterna maieſtas. Qualis pa/
ter talis filius: talis ſpiritus ſanctus. In/
creatus pater: increatus filius: increatus
ſpiritus ſanctus. Immenſus pater: imen/
ſus filius: imenſus ſpiritus ſanctus. Eter
nus pater: eternus filius: eternus ſpiritus
ſanctus. Et tñ non tres eterni: ſed vnus
eternus. Sicut nõ tres increati: nec tres



immenſi: ſed vnus increatus ⁊ vnus imen
ſus. Similiter oĩpotens pater: oĩpotens
filius: oĩpotens ſpiritus ſãctus. Et tamẽ
non tres oĩpotentes: ſed vnus oĩpotens.
Ita deus pater: deus filius: deus ſpiritus
ſanctus. Et tñ non tres dij: ſed vnus eſt
deus. Ita dñs pater: dñs filius: dñs ſpiritus
ſanctus. Et tamen non tres dñi: ſed vnus
eſt dñs. Quia ſicut ſingillatim vnãquãqꝫ
pſonã deũ ⁊ dñm cõfiteri, chꝛiana veritate
cõpellimur. Ita tres deos aut dños dice
re: catholica religione ꝓhibemur. Pater
a nullo eſt factus nec creatus nec genitus.
Filius a patre ſolo eſt: nõ factus nec crea
tus, ſed genitus. Spiritus ſanctus a pa/
tre ⁊ filio: non factus, nec creatus, nec geni
tus ſed ꝓcedens. Unus ergo pater, non
tres patres: vnus filius, nõ tres filij: vnus
ſpũs ſanctus, non tres ſpũs ſancti. Et in
hac trinitate nihil prius aut poſterius: ni/
hil maius aut minus: ſed tote tres pſone co
eterne ſibi ſunt ⁊ coeq̃les. Ita vt ꝑ oĩa ſi/
cut iã ſupradictũ eſt: ⁊ vnitas in trinitate ⁊
trinitas in vnitate venerãda ſit. Qui vult
ergo ſaluus eſſe: ita de trinitate ſentiat.
Sed neceſſariũ eſt ad eternã ſalutẽ: vt in/

Universidad de Deusto Biblioteca



carnationem quoqꝫ dn̄i nr̄i ieſu chr̄i fideli
ter credat. Eſt ergo fides recta: vt creda
mus ⁊ cōfiteamur: qꝛ dn̄s nr̄ ieſus chr̄s dei
filius deus ⁊ homo eſt. Deus eſt ex ſub-
ſtantia patris ante ſecula genitus: ⁊ hō eſt
ex ſubſtātia mr̄is in ſeculo natus. Perfe-
ctus deus: pfectus hō ex aīa rationali ⁊ hu-
mana carne ſubſiſtens. Equalis patri ſe-
cūdū diuinitateꝫ: minor patre ſcd̄m huma
nitateꝫ. Qui licet deus ſit ⁊ homo: nō duo
tn̄ ſed vnus eſt chr̄s. Unus aūt nō cōuer
ſione diuinitatis in carnē: ſed aſſumptione
humanitatis in deū. Unus oīno nō cōfu
ſione ſubſtātie: ſed vnitate pſone. Nā ſicut
anima rationalis ⁊ caro vnus eſt homo: ita
deus ⁊ homo vnus eſt chriſtus. Qui paſ
ſus eſt p ſalute nr̄a: deſcendit ad inferos:
tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit
ad celos: ſedet ad dexterā dei pr̄is oīpotē
tis: inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mor
tuos. Ad cuius aduētū oēs hoīes reſur-
gere habēt cū corporibus ſuis: ⁊ reddituri
ſunt de factis proprijs rationeꝫ. Et q bo
na egerunt, ibunt in vitā eternā: q vero ma
la, in igneꝫ eternū. Hec eſt fides catholi-
ca quaꝫ niſi quiſqꝫ fideliter firmiterqꝫ cre-



diderit ſaluus eſſe non poterit. Si anxiat
adhuc aīa: dicant hi pſalmi. Pſalmus dd.

Confitemini dn̄o, qm̄ bonus, qm̄ in
ſeculum miſericordia eius. Dicat
nūc iſrael, qm̄ bonus: qm̄ in ſeculuꝫ miſeri
cordia eius. Dicat nūc domus aarō: qm̄
in ſeculū miſericordia eius. Dicat nūc q
timēt dn̄m: qm̄ in ſeculū miſericordia eius.
De tribulatione inuocaui dn̄m: ⁊ exaudi
uit me in latitudine dn̄s. Dn̄s mihi adiu-
tor: non timebo qd faciat mihi hō. Dn̄s
mihi adiutor: ⁊ ego deſpiciā inimicos me-
os. Bonū eſt cōfidere in dn̄o: q̄ꝫ cōfidere
in hoīe. Bonū eſt ſperare in dn̄o: q̄ꝫ ſpe-
rare in principibus. Oēs gentes circūde
derūt me: ⁊ in noīe dn̄i qꝛ vltus ſuꝫ in eos.
Circūdantes circūdederūt me: ⁊ in noīe
dn̄i qꝛ vltus ſum in eos. Circūdederunt
ſicut apes: ⁊ exarſerūt ſicut ignis in ſpinis:
⁊ in noīe dn̄i qꝛ vltus ſum in eos. Impul-
ſus euerſus ſum vt cadereꝫ: ⁊ dn̄s ſuſcepit
me. Fortitudo mea ⁊ laus mea dn̄s: ⁊ fa-
ctus eſt mihi in ſalutem. Vox exultatio-
nis ⁊ ſalutis in tabernaculis iuſtorꝫ. De-
xtera dn̄i fecit virtutē: dextera dn̄i exalta-
uit me: dextera dn̄i fecit virtuteꝫ. Nō mo

Universidad de Deusto Biblioteca



riar ſed viuaʒ: ⁊ narrabo opa dñi. Caſti/
gās caſtigauit me dñs: ⁊ moꝛti nō tradidit
me. Aperite mihi poꝛtas iuſtitie: ingreſ/
ſus in eas cōfitebor dño: hec poꝛta dñi, iu/
ſti intrabunt in eam. Confitebor tibi qm̄
exaudiſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutem.
Lapidem quē reprobauerūt edificātes:
hic factus eſt in caput anguli. A dño fa/
ctū eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris.
Hec eſt dies quaʒ fecit dñs: exultemus ⁊
letemur in ea. O dñe ſaluuʒ me fac: o dñe
bene ꝓſperare: benedictus qui vēturus es
in noīe dñi. Benediximus vobis de domo
dñi: deus dñs ⁊ illuxit nobis. Conſtituite
diē ſolēneʒ in cōdenſis: vſqʒ ad coꝛnu alta
ris. Deus meus es tu, ⁊ cōfitebor tibi: de/
us meus es tu, ⁊ exaltabo te. Confitebor
tibi: qm̄ exaudiſti me: ⁊ factus es mihi in
ſaluteʒ. Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄
in ſeculū miſericoꝛdia eius. Beati imma
culati in via: qui ambulant in lege domini.
Beati qui ſcrutant̄ teſtimonia eius: in to/
to coꝛde exqrūt eū. Non enim qui opant̄
iniqtateʒ: in viis eius ambulauerunt. Tu
mādaſti mādata tua: cuſtodiri nimis. Uti
nā dirigant̄ vie mee: ad cuſtodiendas iuſti/



ficationes tuas. Tūc nō cōfundar: cū pro
ſpexero in oībus mādatis tuis. Confite/
bor tibi in directione coꝛdis: in eo qd̄ didi/
ci iudicia iuſtitie tue. Iuſtificationes tuas
cuſtodiā: nō me derelinquas vſquequaqʒ.
In quo coꝛrigit adoleſcentioꝛ viā ſuā: in
cuſtodiendo ſermones tuos. In toto coꝛ
de meo exquiſiui te: ne repellas me a man/
datis tuis. In coꝛde meo abſcondi eloqa
tua: vt nō peccē tibi. Benedictus es dñe:
doce me iuſtificationes tuas. In labiis
meis: pronunciaui oīa iudicia oris tui. In
via teſtimonioꝛū tuoꝛū delectatus ſuʒ: ſicut
in oībus diuitiis. In mādatis tuis exerce
boꝛ: ⁊ cōſiderabo vias tuas. In iuſtifica/
tionibus tuis meditaboꝛ: nō obliuiſcar ſer
mones tuos. Retribue ſeruo tuo, viuifi/
ca me: ⁊ cuſtodiā ſermones tuos. Reue
la oculos meos: ⁊ conſiderabo mirabilia
de lege tua. Incola ego ſum in terra: nō
abſcondas a me mandata tua. Concupi/
uit aīa mea deſiderare iuſtificationes tuas:
in omni tempoꝛe. Increpaſti ſuperbos:
maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobriū ⁊ cōtemptū: qꝛ te
ſtimonia tua exquiſiui. Etenim ſederunt

Universidad de Deusto Biblioteca



principes:⁊ aduerſum me loquebant:ſer-
uus aũt tuus exercebatur in iuſtificationi-
bus tuis. N am ⁊ teſtimonia tua medita-
tio mea eſt:⁊ cõſiliũ meũ iuſtificatiões tue.
A dheſit pauimento aia mea: viuifica me
ſm verbum tuũ. V ias meas enunciaui ⁊
exaudiſti me:doce me iuſtificationes tuas.
V iam iuſtificationum tuarũ inſtrue me:⁊
exercebor in mirabilibus tuis. D ormita-
uit aia mea pre tedio:cõfirma me in verbis
tuis. V iaz iniqtatis amoue a me: ⁊ de le-
ge tua miſerere mei. V iam veritatis ele-
gi:iudicia tua nõ ſum oblitus. A dheſi te
ſtimonijs tuis domine:noli me cõfundere.
V iam mandatorũ tuoꝝ cucurri:cũ dilata
ſti cor meũ. L egem pone mihi dñe viam
iuſtificationũ tuaꝝ:⁊ exquirã eaz ſemper.
D a mihi intellectũ ⁊ ſcrutabor legez tuã:
⁊ cuſtodiaz illam in toto corde meo. D e-
duc me in ſemitã mãdatoꝝ tuorũ : qꝛ ipſaz
volui. I nclina cor meũ in teſtimonia tua
⁊ nõ in auaritiam. A uerte oculos meos
ne videãt vanitatez:in via tua viuifica me.
S tatue ſeruo tuo eloquiuz tuum: in timo
re tuo. A mputa opprobriuz meũ qδ ſu-
ſpicatus ſum:qꝛ iudicia tua iocunda. E c



te cõcupiui mãdata tua:in equitate tua vi-
uifica me. E t veniat ſuper me miſericor-
dia tua dñe: ſalutare tuũ ſm eloquiũ tuuz.
E t rñdebo exprobrantibus mihi verbũ:
qꝛ ſperaui in ſermonibus tuis. E t ne au-
feras de ore meo verbuz veritatis vſque-
quaque:quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.
E t cuſtodiã legez tuã ſemp: in ſeculũ ⁊ in
ſeculũ ſeculi. E t ambulabam in latitudi-
ne:quia mãdata tua exquiſiui. E t loq̄bar
de teſtimonijs tuis in conſpectu regum : ⁊
nõ cõfundebar. E t meditabor in mãda-
tis tuis:que dilexi. E t leuaui manus me-
as ad mãdata tua q̄ dilexi: ⁊ exercebor in
iuſtificationibus tuis. M emor eſto ver-
bi tui ſeruo tuo : in quo mihi ſpem dediſti.
H ec me conſolata eſt in humilitate mea:
quia eloquium tuuz viuificauit me. S up-
bi inique agebant vſquequaqz : a lege aũt
tua nõ declinaui. M emor fui iudiciorum
tuoꝝ a ſeculo dñe:⁊ cõſolatus ſuz. D efe-
ctio tenuit me : pro peccatoribus dereliu-
quentibus legem tuaz. C antabiles mihi
erãt iuſtificationes tue:in loco peregrina-
tionis mee. M emor fui nocte nois tui dñe
⁊ cuſtodiui legez tuã. H ec facta eſt mihi:

Universidad de Deusto Biblioteca



qꝛ iuſtificationes tuas exquiſiui. P ortio mea dñe: dixi cuſtodire legē tuā. D epre‐catus ſum faciē tuā in toto corde meo: mi‐ſerere mei ſecūdū eloquiū tuuz. C ogita‐ui vias meas ⁊ cõuerti pedes meos: in te‐ſtimonia tua. P aratus ſum ⁊ nõ ſum tur‐batus: vt cuſtodiaz mandata tua. F unes peccatorū circūplexi ſunt me: ⁊ legez tuaz nõ ſum oblitus. M edia nocte ſurgebam ad cõfitendū tibi: ſup iudicia iuſtificationis tue. P articeps ego ſum oium timentiuz te: ⁊ cuſtodientiū mādata tua. M iſericor‐dia tua dñe plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me. B onitatem feciſti cū ſeruo tuo dñe: ſecūdū verbū tuū. B onitatem ⁊ diſciplinā ⁊ ſciētiā doce me: qꝛ mēdatis tu‐is credidi. P riuſquaz humiliarer ego de‐liqui: ꝓpterea eloquiū tuū cuſtodiui. B o‐nus es tu: ⁊ in bonitate tua doce me iuſti‐ficationes tuas. M ultiplicata eſt ſup me iniquitas ſuperborū: ego aūt in toto corde ſcrutabor mādata tua. C oagulatū eſt ſi‐cut lac cor eorū: ego vero legē tuā medita‐tus ſum. B onum mihi: qꝛ humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas. B onum mihi lex oris tui ſuper millia auri ⁊ argen‐



ti. M anus tue dñe fecerunt me ⁊ plaſma‐uerūt me: da mihi intellectū vt diſcaz man‐data tua. Q ui timent te videbūt me ⁊ le‐tabunt: quia in verba tua ſupſperaui. C o‐gnoui dñe: qꝛ eqtas iudicia tua: ⁊ in verita‐te tua humiliaſti me. F iat miſericordia tua vt conſolet me: ſm eloquiuz tuū ſeruo tuo. V eniāt mihi miſerationes tue ⁊ vi‐uam: qa lex tua meditatio mea eſt. C on‐fundant ſuperbi qꝛ iniuſte iniquitatē fece‐rūt in me: ego autē exercebor in mandatis tuis. C onuertant mihi timētes te: ⁊ qui nouerunt teſtimonia tua. F iat cor meuz imaculatum in iuſtificationibus tuis: vt nõ cõfundar. D efecit in ſalutari tuo anima mea: ⁊ in verbo tuo ſuperſperaui. D efe‐cerūt oculi mei in eloquium tuū: dicentes quādo cõſolaberis me? Q uia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus. Q uot ſunt dies ſerui tui? qñ facies de ꝑſequentibus me iudiciū? N ar‐rauerūt mihi iniq fabulationes: ſed non vt lex tua. O mnia mādata tua veritas: iniq perſecuti ſunt me: adiuua me. P aulomi‐nus cõſummauerūt me in terra: ego aūt nõ dereliq mādata tua. S ecundū miſericor‐

Universidad de De
Bibliotec



dātuā viuifica me: ⁊ cuſtodiaꝫ teſtimonia
oꝛis tui. In eternū dn̄e: v̄bū tuuꝫ ꝑmanet
in celo. In generatione ⁊ generationē ve
ritas tua: fundaſti terraꝫ ⁊ ꝑmanet. Oꝛdi-
natione tua ꝑſeuerāt dies: qm̄ oia ſeruiunt
tibi. Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt: tūc
foꝛte ꝑijſſem in humilitate mea. In eter-
nū nō obliuiſcar iuſtificationes tuas: qꝛ in
ipſis viuificaſti me. Tuus ſum ego, ſaluū
me fac: quoniā iuſtificationes tuas exquiſi
ui. Me expectauerūt peccatoꝛes vt ꝑde-
rent me: teſtimonia tua intellexi. Ois con
ſūmationis vidi finē: latū mandatū tuū ni-
mis. Quomodo dilexi legeꝫ tuā dn̄e: to-
ta die meditatio mea eſt. Sup inimicos
meos prudenteꝫ me feciſti mandato tuo:
qꝛ in eternū mihi eſt. Super oēs docen-
tes me intellexi: qꝛ teſtimonia tua medita-
tio mea eſt. Super ſenes intellexi: qꝛ mā
data tua q̄ſiui. Ab omni via mala prohi-
bui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.
A iudicijs tuis nō declinaui: qꝛ tu legem
poſuiſti mihi. Quā dulcia faucibus meis
eloquia tua: ſuper mel oꝛi meo. A mādā
tis tuis intellexi: ꝓpterea odiui oēm viam
iniquitatis. Lucerna pedibus meis ver-
bum



bum tuū: ⁊ lumen ſemitis meis. Iuraui ⁊
ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitie tue. Hu-
miliatus ſum vſquequaqꝫ dn̄e: viuifica me
ſm̄ verbū tuū. Voluntaria oꝛis mei bene-
placita fac domine: ⁊ iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis ſemꝑ: ⁊ le
gem tuā nō ſum oblitus. Poſuerunt pec-
catoꝛes laqueū mihi: ⁊ de mādatis tuis nō
erraui. Hereditate acquiſiui teſtimonia
tua in eternū: qꝛ exultatio coꝛdis mei ſūt.
Inclinaui coꝛ meū ad faciendas iuſtifica-
tiones tuas in eternū: propter retributio-
neꝫ. Iniquos odio habui: ⁊ legē tuā dile-
xi. Adiutoꝛ ⁊ ſuſceptoꝛ meus es tu: ⁊ in
verbum tuū ſuꝑſperaui. Declinate a me
maligni: ⁊ ſcrutaboꝛ mādata dei mei. Su
ſcipe me ſecūdū eloquiū tuū ⁊ viuā: ⁊ non
cōfundas me ab expectatione mea. Ad-
iuua me ⁊ ſaluus ero: ⁊ meditaboꝛ in iuſti-
ficationibus tuis ſemꝑ. Spreuiſti oēs di-
ſcedētes a iudicijs tuis: qꝛ iniuſta eſt cogi-
tatio eoꝛuꝫ. Preuaricantes reputaui oēs
peccatoꝛes terre: ideo dilexi teſtimonia
tua. Confige timoꝛe tuo carnes meas: a
iudicijs enim tuis timui. Feci iudicium ⁊
iuſtitiaꝫ: non tradas me calūniantibus me.

Universidad de Deusto Biblioteca

Suſcipe ſeruũ tuũ in bonũ:non calũnien/
tur me ſuperbi. Oculi mei defecerunt in
ſalutare tuũ:⁊ in eloquiũ iuſtitie tue. Fac
cũ ſeruo tuo:ſcdm miſericordiã tuam:⁊ iu/
ſtificationes tuas doce me. Seruus tuus
ſum ego:da mihi intellectũ:vt diſcaz man/
data tua. Tempus faciendi dñe: diſſipa/
uerũt legẽ tuã. Ideo dilexi mandata tua:
ſuper aurũ ⁊ topatiuz. Propterea ad oĩa
mãdata tua dirigebar: omnẽ viã iniquam
odio habui. Mirabilia teſtimonia tua do/
mine:ideo ſcrutata eſt ⁊ aĩa mea. Decla/
ratio ſermonum tuorũ illuminat: ⁊ intelle/
ctum dat paruulis. Os meuz aperui ⁊ at/
traxi ſpirituz:qꝛ mandata tua deſiderabã.
Aſpice in me ⁊ miſerere mei:ſecũduz iu/
diciũ diligẽtiũ nomẽ tuũ. Greſſus meos
dirige ſcdm eloquiuz tuũ: ⁊ nõ dñetur mei
ois iniuſtitia. Redime me a calũnijs ho/
minũ:vt cuſtodiã mandata tua. Faciem
tuã illumina ſuper ſeruũ tuũ:⁊ docẽ me iu/
ſtificationes tuas. Exitus aquarũ dedu/
xerũt oculi mei: qꝛ nõ cuſtodierunt legem
tuam. Iuſtus es dñe:⁊ rectũ iudiciũ tuuz.
Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: ⁊ ve/
ritatez tuã nimis. Tabeſcere me fecit ze/



lus meus: qa obliti ſunt verba tua inimici
mei. Ignitũ eloquiuz tuũ vehementer:⁊
ſeruus tuus dilexit illud. Adoleſcẽtulus
ſum ego ⁊ cõtẽptus:iuſtificationes tuas nõ
ſum oblitus. Iuſtitia tua iuſtitia in eternũ:
⁊ lex tua veritas. Tribulatio ⁊ anguſtia
inuenerũt me:mãdata tua meditatio mea
eſt. Equitas teſtimonia tua in eternum:
intellectum da mihi ⁊ viuaz. Clamaui in
toto corde meo exaudi me dñe:iuſtificatio
nes tuas requiram. Clamaui ad te ſaluũ
me fac:vt cuſtodiã mandata tua. Preue/
ni in maturitate ⁊ clamaui: quia in verba
tua ſuperſperaui. Preuenerunt oculi mei
ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
Vocem meã audi ſm miſericordiã tuam
dñe:⁊ ſm iudiciuz tuum viuifica me. Ap/
propinquauerũt perſequentes me iniquita/
ti:a lege aũt tua longe facti ſunt. Prope
es tu dñe:⁊ oẽs vie tue veritas. Initio co
gnoui de teſtimonijs tuis: quia in eternuz
fundaſti ea. Vide humilitatez meã ⁊ eri/
pe me:qꝛ legez tuã nõ ſum oblitus. Iudi/
ca iudiciũ meũ ⁊ redime me: propter eloquium
tuũ viuifica me. Lõge a peccatoribus ſa/
lus:qꝛ iuſtificationes tuas nõ exquiſierũt.

Universidad de Deusto Biblioteca



Miſericordie tue multe dn̄e: ſm iudicium
tuuꝫ viuifica me. Multi q perſequunt me
ꝛ tribulant me: a teſtimonijs tuis nō decli/
naui. Vidi preuaricātes ꝛ tabeſcebaꝫ: q̄a
eloq̄a tua nō cuſtodierūt. Vide q̄m man
data tua dilexi dn̄e: in miſericordia tua vi/
uifica me. Principiuꝫ verborū tuoꝝ veri
tas: in eternū oīa iudicia iuſtitie tue. Prin
cipes perſecuti ſunt me gratis: ꝛ a verbis
tuis formidauit cor meum. Letabor ego
ſuper eloq̄a tua: ſicut q inuenit ſpolia mul/
ta. Iniquitatē odio habui ꝛ abominatus
ſum: legem auteꝫ tuam dilexi. Septies in
die laudeꝫ dixi tibi: ſup iudicia iuſtitie tue.
Pax multa diligētibus legeꝫ tuā: ꝛ nō eſt
illis ſcandalū. Expectabā ſalutare tuum
dn̄e: ꝛ mandata tua dilexi. Cuſtodiuit aīa
mea teſtimonia tua: ꝛ dilexit ea vehemen/
ter. Seruaui mandata tua ꝛ teſtimonia
tua: qꝛ oēs vie mee in cōſpectu tuo. Ap/
propinquet depcatio mea in cōſpectu tuo
dn̄e: iuxta eloquiū tuū da mihi intellectuꝫ.
Intret poſtulatio mea in ꝯſpectu tuo: ſm
eloquiū tuuꝫ eripe me. Eructabūt labia
mea hymnū: cū docueris me iuſtificatiōes
tuas. Pronūciabit lingua mea eloquium



tuū: qꝛ oīa mādata tua eq̄tas. Fiat manus
tua vt ſaluet me: quoniā mandata tua ele/
gi. Concupiui ſalutare tuū dn̄e: ꝛ lex tua
meditatio mea eſt. Viuet aīa mea ꝛ lau/
dabit te: ꝛ iudicia tua adiuuabūt me. Er/
raui ſicut ouis que perijt: quere ſeruū tuuꝫ
domine: quia mandata tua non ſum obli/
tus. ¶ De tentationibus in q̄bus homo
tentatur a diabolo in exitu anime ſue ꝛ de
remedijs ad expellendas eas.

Beatus gregorius dicit ꝙ antiquus
hoſtis. ſ. diabolus multipliciter co
natur tentare quemlibet chriſtianuꝫ maxi/
me in articulo mortis. Et inter alia ſpecia
liter de tribus dicit: ꝙ q̄n in illa agonia ho
mo laborat in extremis ꝛ iaꝫ amiſit viſum
corporalē ꝛ auditū: tunc diabolus p̄parat
graues tentationes. Et primo tentat de fi
de: preparando diuerſas imaginationes:
hoc quando poteſt fieri vel credi tale q̄d.
Unde dicit beatus auguſtinus. ꝙ ſtatiꝫ de
bet homo firmiter cogitare ꝙ tentatio eſt
diabolica: ꝛ debet homo dicere in corde
ſuo: licet non poſſit ore. Dn̄e Jeſu chriſte
ego verus catholicus ſum: ꝛ credo omnia
que credit ꝛ tenet eccleſia romana ꝛ in iſta

Universidad de Deusto Biblioteca

fide volo mori. Et tunc inimicus recedit
cõfuſus. Sed ſtatim inimicus eſt prepara
tuꝫ cũ alia tẽtatione: ſcilicet de peccato de/
ſperationis: ita ꝙ tũc reducunt ad memo/
riaꝫ multa peccata q̃ hõ cõmiſit, ⁊ ſpeciali/
ter quando homo habet aliqua per obli/
uionem incõfeſſa. Ita ꝙ homo incipit tur
bari ⁊ titubare ⁊ cogitare quomodo ipſe
poſſet ſaluari: ⁊ reputabit quaſi impoſſibi
le. Unde dicit ꝙ ſtatim debet homo cogi/
tare hoc eſſe tentationem diabolicã: ⁊ de/
bet dicere in corde ſuo. Domine ieſu chri/
ſte tu effudiſti ſanguinem tuũ in cruce pro/
pter peccata noſtra, placeat tibi ꝙ merita
ſancte paſſionis tue deleant peccata mea:
de quibus recordatus fui ⁊ confeſſus ſuꝫ:
⁊ de alijs merituꝫ paſſionis tue ſuppleat.
Hoc dicto ſtatim tentatio recedit. Sed
videns diabolus ꝙ non poteſt habere vi/
ctoriam per iſtos modos, dicit ꝙ apparet
in pulcherrima figura dicens. Ego ſum
chriſtus creator ⁊ redemptor tuus: me er/
go adora. Unde dicit ꝙ hic debet eſſe ho/
mo valde cautus, ⁊ non credat ſibi ſed di/
cat. Si tu es chriſtus ille q̃ aſſumpſit car/
nem de virgine maria ⁊ natus es ea ipſa



remanente virgine, ⁊ fuit paſſus in cruce vſ
que ad mortẽ propter peccata noſtra, ⁊ de
ſcendit ad inferos ad liberandum ſanctos
patres, ⁊ reſurrexit tertia die: ⁊ aſcendit ad
celuꝫ die aſcenſionis: ⁊ in die iudicij debet
venire ad iudicandum viuos ⁊ mortuos.
Si tu es ille ego te adoro, aliter non ado/
ro. Tũc diabolus vidẽs ſe oĩno victũ ⁊ cõ
fuſum recedit penitus ⁊ amplius nõ reuer
titur ad tentãdũ. Poſt modũ iſte talis qui
iſtis reſiſtit ⁊ vincit tentationes diabolicas,
habet cõſolationem cũ angelis ⁊ expectat
coronã de victoria. Interrogationes que
debent fieri infirmo moriẽti ſm beatũ an/
ſelmuꝫ. Et ſi eas ore cõfeſſus fuerit, ⁊ cor/
de crediderit nõ eſt dubium de ſalute ſua.

PRimo interrogari debet ſi credit
omnia que ſunt fidei chriſtiane. ⁊
reſpõdere debet Credo. Secũdo ſi gau/
det mori in fide chriſti. Et reſpondere de
bet gaudeo. Tertio ſi recognoſcit ſe deuꝫ
multum offendiſſe. Et dicit recognoſco.
Quarto ſi dolet de omni offẽſa. Et reſpõ
debit doleo. Quinto ſi proponit decetero
ab omni offenſa peccati mortalis abſtine/
re. Et reſpõdebit diuino auxilio mediãte.

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝓporio abſtinere. Sextus ſi credit ſe me/
ritis paſſionis chr̄i ꝛ nō ꝓprijs ad gloriaȝ
ꝑuenire. Et ipſe debet rn̄dere. Credo.
Ultimo debemus ſibi dicere ſi occurrerit
tibi inimicus q̄ vult te mittere in deſpera/
tioneȝ, ſemper opponas ei merita paſſio/
nis chr̄i in quo eſt ſalus, vita ꝛ reſurrectio
nr̄a: ꝑ queȝ ſaluati ꝛ liberati ſumus.
Et ideo q̄ ꝑſeuerauerit vſqȝ in fineȝ
ſaluus erit. Oratio ad dominū noſtrū Je/
ſum chriſtū, Quando aīa anxiatur.
O Suauiſſime dn̄e ieſu chr̄e beatoruȝ
reges: ꝛ oīum in te ſperantiuȝ iocūdiſſima
ſalus: qui in nocte paſſionis tue ad patreȝ
oraſti. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me
calix iſte, veruntn̄ nō mea voluntas ſed tua
fiat: ꝛ illa hora in tāta anguſtia fuiſti vt de
pretioſo corꝑe tuo ſanguis efflueret: depre
camur te bone Jeſu, q̄tenus ſolita pietate
tua adiuues aīaȝ huius famuli tui, vt pro
delictis ꝛ offenſionibus q̄ cōmiſit, terreat
ꝛ moueat ad verā penitentiā, vt in hac ex/
trema hora in occurſu aduerſarij non pa/
ueat: aut in aduētu ꝛ aſpectu tui iudex tre/
mende, accuſante cōſciētia nō ꝯtremiſcat,
ſed potius faciē tuā in iubilo videns dele/



ctetur preſtante te dn̄e ieſu chriſte qui tua
paſſione nos redemiſti. Amē. Orō.
O Dulciſſime dn̄e ieſu chr̄e miſericor
diarū pr̄: ꝛ totius cōſolationis deus: qui in
nocte tue paſſionis ab apl̄is derelictus fui/
ſti: ꝛ inter hoſtes tuos ſolus remāſiſti: ſup/
plicamus tibi dn̄e ieſu vt nūc in obitu hu/
ius ſerui tui aīam eius nō derelinquas in
manibus demonum: ſed ad locū quietis ꝛ
tue beatiſſime viſionis: ipſaȝ per tue mor/
tis virtutē perducas. Amen. Orō.
O Sacratiſſime domine ieſu ſaluator
mūdi q̄ ob peccata nr̄a abolenda crudeli/
ter verberari: ſpinis turpiter coronari: ab
emulis tuis enormiter deludi: ꝛ in cruce nu
dus vt latro ignominioſe affigi voluiſti.
Exoramus te dn̄e ieſu per has paſſiones
tuas: vt aīam huius famuli tui in extremis
laborātis vera cōtritione ī peccatoꝝ cōmiſ
ſorū dolore verberes ꝛ vero timore coro/
nes: ꝛ in cruce tua oēs eius mētales ſenſus
crucifigas: q̄tenus ſic totus a te ſpirituali/
ter vulneratus: tuoꝝ vulnerū merito oīuȝ
delictoꝝ ſuoꝝ veniā cōſequat: ꝛ ad gaudia
celeſtia ꝑuenir̄ mereat. Amē. Orō.
O Pijſſime dn̄e ieſu rex ſeculorū q̄ in

Universidad de Deusto Biblioteca



cruce exiſtens pro tuis crucifixoribus pa/
trē rogaſti dicēs. Pater dimitte illis quia
neſciūt qd faciūt. depcamur maieſtatē tuā
dñe ieſu: vt in mēte huius ſerui tui: tue ora
tionis affectū renouare digneris: quatenus
oēs eius offenſas illi dimittas: ⁊ ſicut tunc
tu exauditus fuiſti: ſic nūc cū p̄re nos ꝓ illo
exorantes exaudire digneris. Neſcit enim
qd faciat duz ex fidei tarditate tepidius co
rā te exiſtit. Exoramꝰ te bone ieſu vt i hoc
obitu ſuo oīa pctā illi dimittas, ⁊ pro tue ſa
cratiſſime paſſionis merito ad angelorū ſo
cietatē eius clemēter pducas. Amē. Orō.

O Glorioſiſſime dñe ieſu dulcedo an/
gelorū, q in cruce pro nobis pēdens
verā fidei lucez in cor latronis infudiſti, vt
te verū deū ⁊ hoiez cognoſceret dū clama
uit. Memēto mei dñe dū veneris i regnū
tuū. Maieſtatē tuā ſuppliciter exoramus,
vt in famulo tuo in extremis laborante:
venerabile fidei ſacramentū cōſeruare di/
gneris, quatenus tua ſacratiſſima paſſione
mediāte: ſic in aīam eius tuū amorē impri/
mas: vt i ſuo obitu tuo ardētiſſimo amore
ab imūdis ſpiritibus liberet: ⁊ ad tuā bea/
tā gloriā iubiloſe perducat. Amen. Orō.



O Clemētiſſime dñe ieſu verbū eter/
ni patris: ac filius glorioſe virginis
marie qui mūdū viſibilr deſerēs ⁊ mater/
ne ſolicitudini compatiens: ei dilectum di/
ſcipulū in filiū adoptaſti: ſupplicamus hu/
militer maieſtati tue per merita paſſionis
tue, per preces ⁊ merita eiuſdē matris tue,
⁊ per dilecti diſcipuli tui: q̄tenus digneris
in aiam huius ſerui tui ſpūm tue charita/
tis infundere: quo tibi coheres deo patri
adoptet in filiū: mitte queſo de throno glo
rie tue curā huius aie: quatenus in mortis
agone aſpectus demonū nō paueat: ſed in
te leta mēte cōfidēs aīam eius clemēter ſu
ſcipias, ⁊ ad celeſtez gloriam deducente ſa
cratiſſima mr̄e tua puenire valeat. Amen.

O Sacratiſſime domine ieſu Oratio.
corona certantium: qui in cruce pro
nobis pendens docuiſti nos cōpendioſe
in noſtris extremis orare: dū tu nobis exē/
plum tribuens clamaſti. Pater in manus
tuas commendo ſpiritum meum: exora/
mus maieſtatez tuam: quatenus in virtu/
te ſpiritus ſancti eandem digneris oratio/
nem in corde huius famuli tui imprime/
re: vt eaz perſonet: ⁊ in hac eius extrema.

Universidad de Deusto Biblioteca



hora illius ſentiat effectuʒ: in tuas ſacratiſſimas manus animam ſuam humiliter recommendando. Amen. Oratio.

O Miſericordiſſime dñe ieſu reparator humani generis, q in die paſſionis tue in neruoꝝ ⁊ oſſiuʒ cõtractione: penã acerbiſſimã ſenſiſti: ⁊ pretioſiſſimũ caput tuum ſpinarũ denſitate pũctuʒ fuit: ⁊ latus tuum lãcea ꝑforatuʒ extitit: vnde fluxit ſanguis ⁊ aqua. Deprecamur maieſtateʒ tuã, quatenus aiam huius famuli[e] tui[e] virtutum luminoſo ſplẽdore illuſtres: ⁊ tribuas illi tuarũ acerbitate ſpinaruʒ merito de offenſis ab eo[a] tibi illatis vehementer dolere ⁊ penaʒ habere: vt oĩa eius delicta: tue ꝑtio ſacratiſſime paſſionis deleãt, ⁊ ad angeloꝝ ſocietatẽ te trahẽte ꝑuenire valeat. amẽ. Oĩo.

O Glorioſiſſime dñe ieſu ꝑ agoniaʒ ⁊ orõnem tuã ſanctiſſimã qua pro nobis oraſti in mõte oliueti: qñ ſudor tuus factus eſt ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram: obſecramus te: vt multitudineʒ ſudoris tui ſanguinei offerre ⁊ oſtendere digneris deo patri oĩpotenti: cõtra multitudineʒ oĩum peccatoruʒ huius famuli[e] tui[e], ⁊ libera eum nunc in obitu ſuo ab omnibus



anguſtijs quas pro peccatis ſuis ſe meruiſſe cognoſcit. Amen. Oratio.

O Clemẽtiſſime dñe ieſu qui pro nobis in cruce mori dignatus es: deprecamur te: q̃tenus oẽs amaritudines ⁊ paſſiones tuas quas pro nobis miſeris peccatoribus in cruce ſuſtinuiſti: ⁊ preſertim in illa hora qñ anima tua ſanctiſſima de corꝑe tuo ſacratiſſimo egreſſa eſt: offerre ⁊ oſtẽdere digneris deo pr̃i oĩpotenti cõtra oẽs penas ⁊ paſſiones huius ſerui[e] tui[e], ⁊ libera eum in hoc obitu ſuo ab oĩbus penis ⁊ paſſionibꝰ q̃s ꝑ pctĩs ſe meruiſſe timet. amen. Oĩo.

O Miſericordiſſime dñe ieſu qui per os prophete dixiſti in charitate ꝑpetua dilexi te: ideo miſerans tui attraxi te. Supplicamus tibi q̃tenus eãdeʒ charitatẽ q̃ de celis ad terrã te traxit ad oĩum paſſionũ tuarũ tolerãtiaʒ: offerre ⁊ oſtendere digneris deo pr̃i oĩpotẽti cõtra oẽs huius famuli[e] tui[e] paſſiones ⁊ penas q̃s ꝑ pctĩs ſuis ſe meruiſſe arbitrat̃: ⁊ aiam eius in hoc obitu ſuo ſalua. Aperi illi o dulciſſime dñe ieſu pr̃ miſericordiaruʒ: ianuã vite ⁊ regni celoruʒ: ⁊ ipſam in regno tuo fac gaudere cum omnibus ſanctis tuis. Amen. Oĩo.

Universidad de Deusto Biblioteca



O Piiſſime dn̄e ieſu: dei ⁊ hoīum me/
diator: qui pro ſalute nr̄a penas no
bis debitas in tuo paſſibili corpore ſuſtinui
ſti: ⁊ vt grauiores penaꝝ amaritudines gu
ſtares: ſpōte voluiſti in hora tue paſſionis
a tua humanitate dulcedinē vnite tibi dei/
tatis ſubtrahere: duꝫ clamaſti. Heloy he/
loy lamazabachthani: Oramus clemētiaꝫ
tuā: q̄tenus ſuauiſſime dn̄e ieſu huius ſerui[e]
tui[e] animaꝫ ꝓtegēdo tua ſuaui cōſolatione
letifices: nam ſi ipſu[a]m ipſe paſtor deſeris:
mox aduerſarius tuus in ipſu[a]m irruet ⁊ oc
cidet: ſi ꝓpter demerita ſua tribulari ⁊ de/
ſeri meretur: queſumus ſuauiſſimā bonita
tē tuā: ne illū aduerſarijs tradas diffidētia
⁊ deſperatione tenebris tribulādū[a]: nec in/
ſenſibilē ad gratiā facias: ſed pro charitatis
tue gratia viuens: ⁊ tue abſentie amaritudi
neꝫ ſentiēs: pia voce gemēdo ad te clamet,
deus meus, deus meus: vt quid dereliqui/
ſti me? Tu aūt piiſſime pater ⁊ paſtor: tua
ſuaui pietate ſubueni: quem pretioſo ſan/
guine tuo redemiſti: nec tua gratia diu ip/
ſu[a]m in hoc obitu patiatur affligi: donec ad
celeſtem patriam tuorum merito doloruꝫ
clementer perducas. Amen. Oratio.



O Suauiſſime domine ieſu: dei ⁊ ho/
minū mediator: qui inter cetera tor/
menta que in cruce tuliſti corporaliter: ſi/
tire voluiſti vehementer: dum clamaſti.
Sitio: deprecamur maieſtatem tuaꝫ: qua
tenus animam huius ſerui[e] tui[e]: illo nunc
igne digneris vrere: quem in terris mitte/
re veniſti. quo cunctis vitijs deſiccatis il/
lius anima ⁊ caro charitatis tue igne ſuc/
cenſa te ſolum ſitiat: te diligat: te querat:
reperiat ⁊ fruatur: ⁊ ipſaꝫ ad eternā bene/
dictioneꝫ ſanctiſſime paſſionis tue merito
iubiloſe digneris adducere. Amen. Orō.

O Sacratiſſime dn̄e ieſu omne bonū
cōſūmās: q cū acetū guſtaſti, dixiſti,
cōſummatū eſt: ⁊ inclinato capite ſpiritum
emiſiſti. Obſecramus maieſtatem tuā pro
anima famuli[e] tui[e] in extremis exiſtentis:
quatenus gratie tue dulcedinem: ⁊ ſplen/
didum fidei lumen infundas illi: vt extre/
mam horam in ſancte charitatis tue bra/
chijs finire ⁊ tibi dicere valeat. Ecce cle/
mentiſſime domine ieſu nunc ad te venio.
tua ſuaui voce iube ſuſcipi ſpirituꝫ meum
in eternaꝫ claritatem. Amen. Orō.

O Clemētiſſime domine ieſu ſolamen

Universidad de Deu[sto] Bibliotec[a]



miſerorũ: q peccata noſtra in tuo corpore portaſti: Vere tu es deus q dolores nr̃os tuliſti: ⁊ a perpetua morte nos liberaſti: qꝛ in ſacratiſſimo corpore tuo a planta pedis vſqꝫ ad verticeꝫ nõ fuit in te ſanitas: ⁊ qui eras pre filijs hoīum ſpecioſus q̈ſi lepro-ſus reputatus fuiſti: deprecamur ſuauiſſi-mã charitatẽ tuã: quatenus oīa huius ſer-uiᵉ tuiᵉ peccatoruꝫ vulnera ſanes: vt oībus vitijs emũdatᵘs: ad te Clemẽtiſſimũ p̃reꝫ ⁊ dñm ſpirituali ſolamine roboratus: letan-ter ꝑuenire valeat: ⁊ qui tuo pretioſiſſimo ſanguine eſt redẽptus: ⁊ tue paſſionis inſi-gnia geſtat: ad glorioſiſſimã viſionẽ tuam oīuꝫ paſſionũ tuaꝝ merito: cũ comitãtibus ſcis angelis deducere digneris. amẽ. Orõ.

O Maria beatiſſima, ꝑpter illius ter-roris cõmotionẽ quo cor tuũ cõtre-muit: quãdo filiũ tuũ dulciſſimũ dñm nr̃m ieſum chr̃m filiũ dei viui ab impijs captuꝫ, ligatũ, ad ſupplicia tractũ: ⁊ ab oībus dere-lictũ eſſe audiſti. Adiuua nũc ſeruũꝫ tuũm in extremis laborãtem q̈tenus de p̃teritis delictis verã cõtritionẽ habeat ⁊ doloreꝫ. Et illius cor illuſtratũ ſup̱no ſplendore ſit in feruida penitentia ne forte in hoc obitu





ſuo: in occurſu aduerſarij paueat aut in ad-uentu ⁊ aſpectu tremendi iudicij accuſan-te cõſcientia cõtremiſcat: ſed potius preci-bus tuis interueniẽtibus ipſius faciẽ in iu-bilo videns delectet. Amen. Orõ.

O Virgo dulciſſima dei genitrix maria propter planctus ⁊ lachrymas quibus affi-ciebaris: quãdo filiũ tuũ dñm noſtrũ ieſuꝫ chriſtũ filium dei viui vidiſti p̃ſidi p̃ſentari: ab iniq̄s innocẽtes accuſari: ⁊ opprobrijs affici. Impetra huic famuloᵉ tuoᵉ lachry-marũ gratiaꝫ: ⁊ ſacre fidei indelebile lumẽ quo offenſionis maculas abluere valeat. Et tu mater glĩoſa euᵐm nũc adiuua ne ſa-tanas illudere poſſit, ac diuerſis tentationi-bus pro libito ſuo flagellare deuictuᵐmqꝫ reuᵐm ſtatuere terribili iudici: ſed potius ſe ipſuᵐm in lumine fidei iudicet in p̄ñti ac di-ſciplinis vere p̄nie deuote flagellet. amen.

Orõ: O Maria ſuauiſſima dei geni-trix: ob cruciatus ⁊ anguſtias q̈s ſu-ſtinuit cor tuuꝫ: quando filius tuus dñs no-ſter ieſus chriſtus filius dei viui clamanti-bus iudeis crucifige morti adiudicatus ⁊ crucis ſupplicio cõdẽnatus eſt. Subueni pijſſima mater huic ſeruoᵉ tuoᵉ in extremis

Universidad de Deusto Biblioteca



laboranti: qr corpus illius dolore infirmita
tis torquet: ꝛ aia hinc per demonuz: inſidi/
as: hinc per terrorem diſcrete diſcuſſionis
anguſtiat: ſubueni inqꝫ ſuauiſſima dña: ne
eterne mortis ſnia ꝯtra illum ferat: aut flã/
mis eternalibus tradat ꝑpetuo cruciãdus:
verũ te ꝓ ipſo intercedẽte ad celeſtẽ gloriã
potius ꝑuenire mereatur. Amen. Oratio.

O Uirgo clementiſſima Dei genitrix
maria: ob illius doloris gladiuz: qui
tuaz feliciſſimã aiam ꝑtranſiuit quãdo cer/
nebas filiũ tuũ delicatiſſimũ dñm noſtrum
ieſum chriſtũ filium dei viui nudum in cru/
ce leuatum: clauis perforatũ: cruore perfu
ſum: ac plagis ꝛ vulneribus laceratum.
Adiuua nunc beatiſſima dña aiam famuli
tui: vt cõpaſſionis gladius eaz perfodiat:
diuini timoris ꝛ amoris lancea vulneretur:
ita vt omnis peccati ſanguis noxius a pe/
ctore ſuo effluat: vitijſqꝫ mundetur ꝛ diui/
nis virtutibus decoret: quatenus deſide/
rio: ꝛ toto affectu terrena deſpiciens ad ce
leſtia ſubleuet ad quã te deducente iubilo
ſe ꝑuenire mereatur. Amen. Oõ.

O Maria ỽgo ſanctiſſima ob tormẽ/
tuz ꝛ grauamẽ: qd cor tuũ ſuſtinuit quãdo



filiũ tuũ ſanctiſſimũ dñm nr̃m ieſuz chriſtũ
filiuz dei viui pre dolore voce magna cla/
mantẽ: ꝛ te matrẽ dilectã Joãni cõmẽdan
tẽ deficiẽtẽ attẽdebas: ita vt pre nimio do/
loris gladio vulnerata loqui non poteras:
Subueni o glorioſa dña: huic famulo tuo
qr lingua eius ad te inuocãdũ ſe mouet nõ
põt: oculi eius lumine priuat: aures eius ſur
deſcũt ꝛ obturantur, oẽſqꝫ vires ac ſenſus
deficiũt. O pijſſima mr̃ exaudi ꝑces nr̃as
qs ad aures tue pietatis fũdimus: ꝛ ſubue/
ni ſibi in hoc obitu ſuo: ac ſuauiſſimo filio
tuo eius ſpũz cõmẽda: qtenus tuo pio inter
uentu a terroribus ꝛ tormentis eruat: ꝛ ad
deſideratã celeſtis patrie requiem te comi
tãte iubiloſe ꝑuenire mereat. Amẽ. Oõ.

O Maria virgo caſtiſſima ob acerbi
eiulatus plãctũ quez de ꝓfundo pe
ctoris erũpentem abſcondere nõ valebas,
quãdo in amplexu filij tui ruebas: cuius ge
nas ante nitẽtes: ꝛ ora rutilãtia mortis pal
loribus ꝓfundi cõſpiciebas: auxiliare ſua/
uiſſima dña noſtra huic ſeruo tuo: quatenꝰ
de delictis cõmiſſis ſic doleat: vt aia eius
melliſluis oſculis ꝛ amoroſis amplexibus
dñi noſtri ieſu chri in celorũ beatiſſimo re/

gno digne valeat perfrui. Amen. Oratio.
O Maria virgo glorioſiſſima: ob ſin-
gultus ⁊ ſuſpiria indicibiliaqz lamē
ta qbus afficiebat cor tuuz: quando cerne-
bas filiū tuū dn̄m nr̄m ieſuz chriſtū filiū dei
viui aīe tue vnicū ſolatiū ſepeliri. Adiuua
o ſacratiſſima nr̄a: aīam ſerui tui in hac la-
chrymarū valle laborātē: vt cū de corpore
egreſſa fuerit: tuis ſuffragātibus meritis cū
coruſco claritatis lumine te comitāte dn̄o
nr̄o ieſu chr̄o glificāda p̄ntet. amen. Orō.
TE ſūma deus trinitas oīpotēs eter-
ne deus: qui es ſemp ⁊ per oīa deus
benedictus in ſecula: quez oīs ſpiritus lau-
dat: ſuppliciter exoramus: q̄tenus ꝑ meri-
tū illius ineffabilis ⁊ excellentiſſime chari-
tatis qua dilectiſſimus filius tuus dn̄s nr̄
ieſus chr̄s hō fieri dignatus eſt: qua etiam
pro ſalute noſtra, vincula, opprobria, cōui-
tia, flagella, ſputa, alapas, coronā ſpineaz,
ac imaniſſimā mortez: amoroſe paſſus eſt:
ac etiā ꝑ meritū glorioſiſſime ⁊ beatiſſime
virginis marie ⁊ oīum ſanctorū qui tibi ab
initio mūdi placuerūt: necnō per virtutem
clauiū ſpiritualiū: quas clemētiſſime bone
ieſu: eccleſie tue miniſtris tradidiſti: vt huic



famulo tuo in extremis laborāti miſericor-
diter indulgere digneris omnia peccata
ſua que ab hora ſacri baptiſmatis vſqz ad
p̄ſēs quoquomodo malitia, miſeria, ignorā-
tia, ac fragilitate cōmiſit. Et ipſum ꝑ ſan-
ctas indulgētias ⁊ abſolutiones ex theſau-
ris tue imenſe charitatis indultas reddere
digneris in illa puritate, innocētia: ac ſpiri-
tuali claritate: quas in baptiſmate donare
dignatus es. Dignare etiaz ſuauiſſime do-
mine ieſu ab omni aſpectu ⁊ terrore demo-
num ipſum tueri: ⁊ ꝓpter glorioſi nois tui
honorē: ipſum in cōſpectu diuine maieſta-
tis tue gratum reddere: quatenus dulciſſi-
me pater: ac amabiliſſime redemptor bo-
ne ieſu: merito oium ſanctorū tuorū ⁊ p̄ſer-
tim ſacratiſſime paſſionis tue aīam eius in
vlnas ſancte charitatis tue clemēter ſuſci-
pias: te perenni iubilo in celorū beatiſſimo
regno eternaliter fruituruz. Amen. Orō.
DOmine deus oīpotens qui trinus ⁊
vnus es: tua eximia cōpulſi chari-
tate te humiliter exoramus: ꝓ aīa ſerui tui
nūc in etremis laborantis: quaz ſacratiſſi-
me dn̄e cōmendamus piiſſime oīpotentie
tue: vt illaz ab aſpectu ⁊ terrore demonuz



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de De… Bibliote…



custodias ꝛ tuearis:ne in deſperatione la/
bat:ne diffidẽtie tentationibus obnubilet:
ac ꝑteritarũ culparuꝫ recordatione macu/
letur:exaudi nos dñe glorioſe tuaꝫ ſuauiſſi
mã bonitatẽ interpellãtes pro illa. Et ex/
audi ꝑ orõnes patriarcharũ:ꝑ merita pro/
phetarũ:ꝑ ſuffragia apl'oꝝ: ꝑ victoriã mar
tyrũ:ꝑ fidẽ ꝯfeſſoꝝ:ꝑ caſtitatẽ virginũ: per
deuotã interceſſioneꝫ oĩum q tibi ab initio
placuerũt. Suauiſſime dñe ab ipſa anima
expelle iactãtiã:ꝛ cõpũctioneꝫ tribue: ſup/
biã minue:ꝛ ꝑfice humilitatẽ: fletũ ſuſcita:
ꝛ cor eius mollifica : ab oĩbus inſidijs ini/
mici illã clementer libera:ꝛ in lumine fidei
conſerua lumenqꝫ grẽ tue infunde illi: vt
de oĩbus peccatis verã tuã cõtritionẽ ob/
tineat . Clementiſſime dñe oĩa deſideria
mala tolle ab ipſa : oĩa diaboli tela ignea
extingue:dona illi lachrymas ex tuo ardẽ/
ti affectu:q̃ peccatorũ ſuoꝝ diſſoluant vin
cula . Audi dñe q̃ petit ꝛ celeriter exaudi.
Si deſpicis,prorſus perit:ſi ꝓſpicis viuit:
ſi iuſtitiam requiris,ante te mortua fetet:ſi
cuꝫ miſericordia reſpexeris,ipſam pecca/
tis fetentẽ de deſperationis baratro ſuſci/
tas.Qđ in ea odis,longe fac ab ipſa ꝛ ſpi/



ritum tue ſpiritualis letitie illi tribue:bone
ieſu aĩe eius parce malis criminibus:ꝛ pec
catis. Viſita illuꝫ infirmũ:egrotuꝫ cura:ſa/
na lãguiduꝫ . Dñe ieſu da illi cor qđ time/
at te:ſenſum q te intelligat: ꝛ oculos ſpũa/
les qui videant te. Dñe ieſu miſerere illi,ꝛ
de maieſtatis tue ſede clementer reſpice:ꝛ
anime eius tenebras tui ſplendoris radio
illumina:clementiſſime dñe ieſu a te pecca
torũ eius remiſſioneꝫ humiliter petimus a
quo ꝛ ꝑ quẽ eſt oĩs ꝓpitiatio. Sãcta ꝛ im
maculata virgo Maria dñi noſtri ieſu chri
ſti mater:te obnixe deprecamur:quatenus
ꝓ anima huius ſerui tui interuenire digne
ris apud illũ cuius templuꝫ effici meruiſti.
Sancte michael:ſancte gabriel: ſancte ra
phael:ſancte angele cuſtos eius:cũ oĩbus
choris,angelorũ,patriarcharũ , ꝓphetaꝝ,
apl'orũ,martyrũ,cõfeſſorũ. Sacerdotũ,le
uitarum,eremitaruꝫ,doctorũ, monachoꝝ,
virginũ:oĩumqꝫ iuſtorũ ꝑ eximiũ dñi nrĩ ie
ſu chrĩ amorẽ:q vos elegit:de cuius cõtem
platione gaudetis:vos orare p̄ſumimus ꝓ
huius ĩfirmi aĩa:vt ꝓ ipſa ſupplicare digne
mini:q̃tenus de diaboli faucibus:ꝛ de mor
te perpetua liberari mereatur. Dñe ieſu per

Universidad de Deusto Biblioteca



petuā vitaz ſm magnā miſericordiā tuā eſ
largiri digneris. O clementiſſime dñe ieſu
q oium miſereris: famulū tuū a tua miſe/
ricordia fieri alienū nō patiaris: q̄tenus in
paſſionis ſacratiſſime tue merito ab oibus
pctis ſuis abluat: ⁊ tecū eternalr in celorū
beatiſſimo regno glorief. Amen. Oratio.

D Omine ieſu deus noſter: in adiuto/
riū ſerui tui morientis intende: dñe
ad adiuuandū illum feſtina. Amen. Oio.

I Eſu deus noſter: oculos famuli tui
illumina: ne in morte obdormiat: ne
que inimicus eius dicat: preualui aduerſus
eū: exaudi dñe ieſu orōnes nr̄as pro eo il
lumina dñe ieſus aiam eius. Signa dñe ie
ſu lumen vultus tui ſup eum humilē letitiā
dñe ieſu infunde in cor eius: voce nr̄a dñe
ieſu clamamus ad te pro eo. Bone Jeſu
de excelſo glorie tue exaudi nos pro eo:
orantes. Suſceptor eſto domine ieſu eius
in obitu ſuo: angelorum domine Jeſu: leti/
fica animam eius. Amen. Oratio.

O Maria virgo ſuauiſſima huic ſer/
uo tuo morienti miſerere ⁊ orōnez noſtrā
pro eo: pia mater exaudi: ad te glorioſiſſi/
ma virgo maria oramus pro famulo tuo



mater ſacratiſſima nos orātes pro eo velo
citer exaudi. Reſpice beatiſſima v̄go ma/
ria in ſeruū tuū ⁊ miſerere illi, qr glioſa mr̄,
vnicus ⁊ pauper eſt: in pace tua ſuauiſſima
v̄go Maria huius famuli tui aia dormiat
⁊ requieſcat: auribus glioſa v̄go maria pcipe
v̄ba orōnis nr̄e pro famulo tuo ⁊ intellige
clamorē cordis nr̄i, p eo btiſſima mr̄. amē.

I Eſu dñe deus noſter: voces Oio.
orōnis nr̄e pro famulo tuo intende:
rex noſter bone ieſu cor eius illumina: ⁊ le/
tet dñe ieſu aīa ſerui tui, quia ſperat in te.
Dñe ieſu ſemp exultet de te: qr ſperat bo/
ne ieſu famulus tuus in te. Dñe Jeſu ſal/
uū fac ipſum ex oibus pſequentibus eum
⁊ libera illum. Ut qd bone ieſu receſſiſti lō
ge? Dñe ieſu: ne deſpicias ſeruū tuum in
opportunitatibus ⁊ tribulatione: ſm miſe
ricordiā tuā dñe ieſu aiam ſerui tui viuifi/
ca: vt bone ieſu noi tuo pſallat in euū. Oio.

M Aria virgo piiſſima ſeruo tuo mi/
ſerere: qm infirmus eſt: animā eius
ſuauiſſima mater ſana: qr oia iteriora eius
cōturbata ſunt: aiaz ſerui tui glioſa virgo
maria de manu ſatane eripe: conuertere pia
mater: ⁊ ſaluū fac illum. Reſpice ſuauiſſi/

Universidad de Deusto Biblioteca

ma virgo Maria inimicos ſerui tui: qm̃
multiplicati ſunt: beatiſſima mater adiuua
illuͣz ne pereat: ĩ tua iuſtitia: ſuauiſſima vir-
go maria deduc famuluͣz tuuͣz pp inimicos
eius: dirige in cõſpectu tuo vias eius: aia ſer
uiͤ tuiͤ turbata eſt valde: ⁊ tu ſuauiſſima mr̃
ſalua illuͣz ne cadat a via ſctã. amen. Orõ.

IEſu dñe deus noſter: ne in furore ar-
guas ſeruuͣz tuuͣz neq; bone ieſu ĩ ira
tua corripias illuͣz. Exultet bone ieſu in te
ſalutari ſuo ſeruuͣs tuuͣs. Bone ieſu libe-
ra eũ ab interitu demonis: ſaluuz fac bone
ieſu ſeruuͣz tuuͣz, qm̃ ſpũs eius deficit: ⁊ ve
ritates tue ab aia eius diminute ſunt. Uide
dñe ieſu animã ſeruiͤ tuiͤ in obitu laboran-
tẽ, ⁊ de manu peccatoris libera eã. Serua
dñe ieſu aiam ſeruiͤ tuiͤ: ⁊ cuſtodi illã a ge-
neratione mala in euum. Amen. Oratio.

MAria v̓go ſacratiſſima adſis famu-
loͤ tuoͤ. Mater btiſſima adiuua il-
luͣz ne pereat: aurib⁹ ꝑcipe glorioſa virgo
Maria orõnez nr̃am pro famuloͣ tuoͣ ne
demon glorieť de illius ꝑditione: Refugiũ
eſto ſuauiſſima virgo maria huic pauper
culoͤ moriẽti: ⁊ ĩ hac horribili tribulatione
eſto illi adiutrix. In lumine fidei glorioſiſ-



ſima virgo Maria animã ſeruiͤ tuiͤ: letifi-
ca vt illius mens nõ moueať a timore dñi.
A reſiſtentibus dextere tue ſuauiſſima vir
go maria animã famuliͤ tuiͤ cuſtodi ⁊ pre-
ſentia tua cõſola illaz. Amen. Orõ.

IEſu dñe deus noſter animã famuliͤ
tuiͤ conſerua: qm̃ ſperat in te: illumina cor
eius vt iubiloſe ad te veniat: exultet bone
ieſu cor ſeruiͤ tuiͤ moriẽtis in te: cãtet ⁊ pſal-
lat tibi dño deo ſuo in eternum. Sub vm-
bra alarũ tuaꝝ dñe ieſu famuluͣz tuuͣz ꝓte-
ge a facie impioꝝ q illuͣz affligũt. vſq; quo
bone ieſu obliuiſceris ſeruiͤ tuiͤ? vſquequo
auertes faciez tuã ab eoͣ? Salua domine
ieſu ex ore leonis animam famuliͤ tuiͤ: ⁊ a
cornibus vnicornium bone ieſu miſericor-
diter libera eam. Amen. Oratio.

MAria virgo btiſſima miſericordias
tuas cũ famuloͣ tuoͣ moriẽte mirifica: illuͣm
ĩ te ſperãtez ſaluuͣz fac: aures tuas gl'ioſiſſi-
ma v̓go maria ad ſeruuͣz tuuͣz ĩclina ⁊ affe-
ctũ cordis illius exaudi: nã ĩ tribulatiõe ma
xima v̓ſať. Reſpice ſuauiſſima v̓go maria
huius ſuiͤ tuiͤ moriẽtis anguſtias, ⁊ illuͣz libe
ra: ⁊ ad p̃ces nr̃as ꝓ illo itẽde in hac terribi
li aia aduerſione famuliͤ tuiͤ gl'ioſiſſima v̓go

maria: inuocamus te quatenus ſuaui aſpe ctu tuo letifices illū m: ad te ſuauiſſima vir go Maria animā ſerui tui trahe: nō eru beſcat quoniaȝ ſperat in te. Amen. Oro.

Jeſu dn̄e deus noſter: anima famu li tui requieſcat in te: eſto illi nūc re fugiuȝ ⁊ liberator: exurge bone ieſu in adiu toriū ſerui tui. Demoneȝ preueni ⁊ expel le illū: ne animā famuli tui rapere valeat. Sit bone ieſu nomē tuū dulciſſimuȝ bene dictū ex hoc nūc ⁊ vſqȝ in ſeculū. Uoce no ſtra bone Jeſu ad te pro ſeruo tuo clama mus: ſalua illius aiam in hac hora: ſaluam fac dn̄e ieſu aiam famuli tui: ⁊ libera eam bone ieſu: qꝛ deus ſuus es tu. amen. Oro.

Maria virgo beatiſſima: animā ſerui tui illumina: ⁊ tenebras eius men tales tua prece depelle. Ab inſurgētibꝰ in famuluȝ tuuȝ glorioſa virgo maria libera euȝ ⁊ a ſpū iniquo ꝓtege illuȝ. Reſpice in ſeruuȝ tuuȝ morientē ſuauiſſima vgo Ma ria ⁊ libera euȝ ne pereat. Jmple clemen tiſſima virgo maria pces nr̄aȝ pro famulo tuo: vt ſentiat: qꝛ tu es eius ſuauiſſima mr̄. Auxiliū de celo glorioſa vgo maria mitte ſuo tuo, ⁊ de excelſo tuere illuȝ. amē. Oro.

Jeſu dn̄e deus nr̄ aiam ſerui tui ſal uaȝ fac: vt de tua pſentia ſemp letet. Exultet in te bone ieſu ſeruus tuus: pſal lat ⁊ cātet tibi in euū. Speret in te dn̄e ie ſu famulus tuus eripe illuȝ ne peat: Uias tuas dn̄e ieſu ſeruo tuo oſtende ⁊ ſemitas tuaȝ edoce illū: ſecūdū miſericordiaȝ tuam dn̄e ieſu miſerere ſeruo tuo: ⁊ propter bo nitatē tuā aiaȝ illiuȝ illumina. amen. Oro.

Maria virgo beatiſſima auxiliū tuuȝ ne elongaueris a ſeruo tuo: ad illi uȝ defenſionem propera: a framea diaboli glorioſa virgo Maria aiam famuli tui li bera: ⁊ de manu illius erue ipſam: remini ſcere miſericordiarū tuarū ſuauiſſima vir go Maria: ⁊ de inferno animaȝ ſerui tui libera. Jn veritate tua glorioſa virgo ma ria aiaȝ famuli tui dirige: ⁊ eſto illi ſuauiſ ſima cōſolatrix: animam ſerui tui beatiſſi ma virgo Maria cuſtodi ⁊ erue illaȝ ne in deſperationem labatur. Amen. Oratio.

Jeſu dn̄e deus noſter: humilitatē ⁊ la boreȝ famuli tui vide ⁊ oia eius de licta dimitte. Exaudi bone ieſu vocem no ſtrā qua pro aia ſerui tui ad te clamamus: miſerere illi ⁊ ſalua illā: ſaluaȝ fac aiam fa

Universidad de ... Biblioteca

muli[e] tui[e] dñi iesu: ꝛ de celo benedic illi. Ve
lociter bone iesu p̃ces nr̃as ꝓ seruo tuo ex/
audi: qꝛ illius spũs deficere icipit: ꝓm miseri
cordiã tuã dñe iesu aiaʒ famuli[e] tui[e] viuificã
vt scte fidei lumẽ iubilose custodiat. Amẽ.

Oro.

M Aria ṽgo suauissima: seruo[e]
tuo[e], qm̃ tribulatur miserere: ꝛ ne
aspectu demonis terreatur: illu[a]m adiuua
aia serui[e] tui[e] bone Jesu ꝛ gloriosa virgo
Maria iubilet in te: ꝛ delectet in suauissi/
mo nato tuo. Respice beatissima ṽgo ma/
ria ad famulu[a]ʒ tuu[a]m: in manibus tuis illius
animaʒ suscipe: illustra faciem tuã gloriosa
virgo Maria sup seruuʒ tuũ: in tua miseri
cordia illu[a]ʒ saluuʒ fac. A ꝓsequẽtibus aiaʒ
serui[e] tui[e] suauissima virgo maria eripe il/
lum: ꝛ de manu odientium eu[a]m libera il/
lu[a]m velociter. Amen. Oratio.

I Esu dñe deus noster iudica aie ser/
ui[e] tui[e] nocẽtes: expugna potius impugnã
tes illu[a]m. Effunde bone iesu frameaʒ tuã
aduersus illos qui persequũtur animã fa/
muli[e] tui[e]. Dic anime eius salus tua ego
sum: salus dñe iesu esto anime serui[e] tui[e]: ꝛ
eius protector in omni tribulatione. Vide
bone iesu afflictioneʒ famuli[e] tui[e] ne sileas:



ꝛ ne discedas ab illo: saluator animarũ bo
ne iesu exurge in adiutoriuʒ serui[e] tui[e] ne a
te aspectu demonis separet. Amen. Oro.

M Aria virgo beatissima esto aie fa/
muli[e] tui[e] in refugiuʒ a tribulatione
que circũdat illu[a]ʒ: tua ꝑsentia letifica illu[a]ʒ.
Apprehẽde gl'iosa virgo Maria arma ꝛ
scutũ ꝛ exurge in adiutoriuʒ serui[e] tui[e]. Re/
trorsum auertant suauissima virgo maria
ꝛ confundant demones: ꝛ ne animã famu/
li[e] tui[e] obnubilent tu gl'iosa virgo dñã adiu
ua illu[a]ʒ: induant gloriosa ṽgo maria demo
nes pudore ꝛ confusione, ꝛ aie serui[e] tui[e] in
nullo prorso nocere valeant: aiam famuli[e]
tui[e] clementissima virgo Maria respice: ꝛ
ab deceptione aduersarij illu[a]ʒ erue. amẽ.

I Esu dñe deus noster intende Oro.
anime famuli[e] tui[e]: ꝛ libera illu[a]ʒ: ꝛ ꝓ/
pter terrorẽ inimici tuo splendore illustra
illu[a]ʒ: exaudi bone iesu seruu[a]ʒ tuu[a]m: qm̃ be/
nigna est misericordia tua: secũdũ merituʒ
gratie tue libera illu[a]ʒ: saluuʒ fac bone iesu
seruu[a]ʒ tuu[a]ʒ: illius mẽteʒ tua gr̃a illumina.
Vocẽ serui[e] tui[e] dñe iesu exaudi i hac hora
ꝛ ꝑp nomẽ sctũ tuũ ꝓtege illuʒ: salꝰ electo
rũ bone iesu tu es: i lumine tuo letifica aiaʒ

Universidad de ... Biblioteca

famuli tui vt ad te ꝑueniat. Amen. Oro.

Maria virgo beatiſſima famulo tuo miſerere: qm̄ vndiqz cõculcat: ⁊ demõ tota die impugnãs tribulat aiam ſerui tui: glorioſa virgo maria de te exultare, fac vt delectet in ſuauiſſimo filio tuo. Redde beatiſſima virgo maria ſpũalẽ letitiam famulo tuo ⁊ ꝑ te cor illius cõfirmet in dño deo. Inclina glioſa virgo maria aurez tuã ad ſeruũz tuũz qm̄ inops ⁊ pauꝑ eſt: adiutrix eſto ſuauiſſima virgo Maria famulo tuo: adiuua illũ, ne in eternũ pereat. Amẽ. Oro.

Ieſu dñe deus noſter ſcđm miſericordiã tuã iudica ſeruũ tuũz: ⁊ qui oderunt eũz nõ ſupgaudeant illi. Exurge bone ieſu adiuua ſeruũz tuũz: ⁊ ꝓpter nomen tuũ redime illũz: ſalutaris nr̄ bone ieſu ad te conuerte ſeruũz tuũm ⁊ oſtẽde illi glorioſam faciẽ tuã: veritatẽ ⁊ lucẽ tuã bone ieſu emitte famulo tuo: ⁊ ipſa illius animaz ad te adducãt: ſpũz tuũ dñe ieſu infunde ſeruo tuo vt viuat in eternũ. amẽ. Oro.

Maria v̓go ſuauiſſima famulo tuo miſerere: qm̄ in te confidit aia eius: Adiuua glorioſa virgo Maria ſeruũz tuũm: ⁊ ſaluũs erit: meditetur ſemper in lege

dñi:



dñi. Reſpice beatiſſima v̓go maria in ſeruũz tuũz, ⁊ miſerere illi: da ſpũale donũ illi vt filius grẽ ſit. In quacũqz hora glorioſa virgo maria inuocauerimus te pro ſeruo tuo velociter exaudi nos orãtes ꝓ illo: auribus percipe beatiſſima virgo maria orationes noſtras pro famulo tuo: ⁊ intende ad deprecationem noſtram. Amen. Oro.

Ieſu dñe deus noſter ſuſceptor eſto famuli tui: ⁊ libera illũm ab omni malo: exurge bone ieſu, ſaluum fac ſeruũz tuũz, vt nõ timeat demones circũdãtes animaz eius. Seruũs tuũs dñe ieſu anguſtiatur. Subueni illi, vt tua preſentia ꝯſolet. Vide dñe ieſu tentationes quas famulus tuus patitur, ⁊ ſuccurre illi ne pereat: ſentiat anima ſerui tui dñe ieſu auxilium gratie tue: ⁊ ꝑpetuo gaudeat in te. amẽ. Oro.

Maria virgo dulciſſima exultet ſeruus tuus in tua miſericordia: quoniaz tu es ſuauiſſima peccatorum reſpiratio: anima ſerui tui glorioſa virgo Maria exultet in te: nõ deſeras neqz deſpicias illũm. Reſpice glorioſa virgo Maria afflictiones quas patitur anima ſerui tui, non derelinquas illũm demoni tribulandũm:

Universidad de Deusto Biblioteca



in ſemitam rectam glorioſiſſima virgo ma-
ria animam famuli tui deducas ne glorie-
tur ſatan contra illum. Ad te glorioſa vir-
go maria pie clamamus pro anima ſerui
tui: vt tuo benigno foueat preſidio. Amē.

Jeſu dñe deus noſter adiutor Orō.
eſto famulo tuo: ⁊ lumen ſancte fi-
dei illi infunde: vt lete veniat ad te. Exur-
ge bone ieſu in adiutorium anime famuli
tui. Exurge ⁊ ne repellas illum a te. Su-
ſcipe domine Jeſu animam ſerui tui ⁊ vi-
uet: ⁊ non confundas illum ab expectatio-
ne ſua: virtutum amator bone ieſu conuer-
te faciem tuam ad famulum tuum: ⁊ ab
omni dolore libera eum: ſuper ſeruum tu-
um domine ieſu deprecabilis eſto: ⁊ ſalua il-
lum ab omni malo. Amen. Oratio.

Maria virgo ſanctiſſima famulum
tuum ab omnibus anguſtijs quas patit libe-
ra: vt iubilet cū oībus ſctīs: adhereat glo-
rioſa virgo Maria anima ſerui tui tibi: tu
ſuſcipe illam vt ſequat te. Recordare bea-
tiſſima virgo Maria: quia tu es aduocata
miſerorum: miſerere aīe famuli tui: vt ad
iocunditatem celeſtez peruenire valeat: in
manibus tuis glorioſa virgo Maria ani-



maz famuli tui ſuſcipe clementer: vt exul-
tet: ⁊ letetur de tua gloria ⁊ ſaluatione ſua:
ad te ſuauiſſima virgo maria oramus pro
anima famuli tui: vt per te preſentet glo-
rioſiſſimo filio tuo dño noſtro ieſu chriſto
ppetuo ſpūaliter copulādo. Amen. Orō.

Laudate omnes ciues celi dominū
ieſuz: cum glorioſa virgine maria in
ſpiritu iubilationis: omnis terra cū gaudio
laudet matrem cum filio: cum quibus ani-
ma huius famuli ſemper viuat. Amen.

Ne reminiſcaris domine delicta fa-
muli tui, neqz vindictaz ſumas de
peccatis eius bone ieſu dñe deus noſter.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Ky-
rie eleiſon. Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.

Pater de celis deus miſerere ei.
Fili redēptor mundi deus miſerere ei.
Spiritus ſancte deus miſerere ei.
Sancta trinitas vnus deus miſerere ei.
Sancta aīa dñi nři ieſu chři miſerere ei.
Sancta Maria ora pro eo.
Sancta dei genitrix ora pro eo.
Sancta virgo virginum ora pro eo.
Sancte michael ora pro eo.

Universidad de Deu[sto] Bibliot[eca]



Sancte gabriel ora.
Sancte raphael ora.
Sancte angele cuſtos eius ora.
Omnes ſancti angeli ꝛ archāgeli orate.
Oēs ſcti beatorū ſpirituū ordines orate.
Sancte ioannes baptiſta ora.
Oēs ſancti patriarche ꝛ prophete orate.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte andrea ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte ioannes ora.
Sancte thoma ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte philippe ora.
Sancte bartholomee ora.
Sancte matthee ora.
Sancte ſimon ora.
Sancte thadee ora.
Sancte mathia ora.
Sancte barnaba ora.
Sancte luca ora.
Sancte marce ora.
Oēs ſancti apoſtoli ꝛ euangeliſte orate.
Omnes ſancti diſcipuli domini orate.
Omnes ſancti innocentes orate.



Sancte ſtephane ora.
Sancte laurenti ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte clemens ora.
Sancte fabiane ora.
Sancte ſebaſtiane ora.
Sancte blaſi ora.
Sancte chriſtophore ora.
Sancti ioannes ꝛ paule orate.
Sancti coſme ꝛ damiane orate.
Omnes ſancti martyres orate.
Sancte ſylueſter ora.
Sancte gregori ora.
Sancte martine ora.
Sancte pater auguſtine ora.
Sancte ambroſi ora.
Sancte hieronyme ora.
Sancte nicolae ora.
Oēs ſancti pōtifices ꝛ cōfeſſores orate.
Omnes ſancti doctores orate.
Sancte paule prime eremita ora.
Sancte antoni ora.
Sancte benedicte ora.
Sancte bernarde ora.
Sancte dominice ora.
Sancte franciſce ora.

Omnes ſancti monachi ⁊ eremite orate.
Omnes ſancti ſacerdotes ⁊ leuite orate.
Sancta maria magdalena ora.
Sancta agnes ora.
Sancta lucia ora.
Sancta cecilia ora.
Sancta agatha ora.
Sancta catherina ora.
Oēs ſancte virgines ⁊ vidue. orate.
Oēs ſancti ⁊ ſācte dei intercedite pro eo.
Propitius eſto parce ei domine.
Propitius eſto exaudi nos ꝓ eo domine.
Ab omni malo libera eum domine.
Ab ira tua libera eum domine.
A mala morte libera eum domine.
A ſubitanea ⁊ iprouiſa morte li. euꝫ dñe.
A periculo mortis libera eum domine.
A morte perpetua libera eum domine.
A penis inferni libera eum domine.
A viſione diaboli libera eum domine.
A terrore demonuꝫ libera euꝫ domine.
A poteſtate diaboli libera euꝫ domine.
A diffidētia mentis libera euꝫ domine.
A tenebris mentalibus libera eum dñe.
A loco penaꝝ ⁊ pōdere peccatoꝝ libera.
Ab auditu maledictionis eterne lib. euꝫ.



Per myſteriū ſancte incarnationis tue li.
Per annūciationē ⁊ natiuitatē tuā libera.
Per crucem ⁊ paſſionem tuaꝫ libera.
Per mortem ⁊ ſepulturā tuam libera.
Per glīoſaꝫ reſurrectionē tuā lib. euꝫ dñe
Per admirabilē aſcēſionē tuā lib. euꝫ dñe
Per aduētū ſpūs ſcti paracleti li. euꝫ dñe.
In die iudicij libera euꝫ domine.
Per interceſſioneꝫ oīum ſanctorū libera.
Peccatores te roga. audi nos.
Ut ei parcas te roga. audi nos.
Ut iracundie tue flagella ab eo remo/
ueas te rogamus audi nos.
Ut eū ab oībus erroribus liberes te rog.
Ut ſpiritum eius a loco horroris ⁊ tene/
brarum liberes te roga.
Ut eum in locum electorum tuorum aſ/
ſumas te roga.
Ut a ꝯſortio maloꝝ eū diſcerni faciaſ te.
Ut eum in regione viuoꝝ cuꝫ ſanctis an/
gelis collocare digneris te roga.
Ut eū p̄mia vite eterne adipiſci faciaſ te.
Ut eum a mortifero diabolo defendere
digneris te roga.
Fili dei te roga.
Agnꝰ dei q̄ tollis peccata mūdi pce ei dñe



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deust
Biblio



Agnus dei q tollis peccata mūdi exaudi nos dñe. Agnus dei q tollis peccata mūdi miſerere ei. Chr̄e audi nos. Chr̄e exaudi nos. Kyrie eleiſon. Chr̄e eleiſō. Kyrie eleiſon. ℣. Pater nr̄. ℟. Et ne nos. ℣. Saluū fac ſeruū tuū. ℟. Deus meus ſperātē in te. ℣. Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniqtatis nō apponat nocere ei. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cuz.

Miſericordiaz tuam Orō ad p̄rem. dñe ſancte: pr̄ oīpotēs: eterne deus: pietatis affectu pro aliis orare cogimur: q pro noſtris pctis ſupplicare nequaq̄ ſufficimus: tamē de tua gratuita pietate cōfiſi: clementiā tuā depoſcimus: vt aīam huius ſerui tui ad te reuertentez cū pietate ſuſcipias: adſit ei angelus michael: ⁊ p manus ſctōrū angelorū iter ſctōs ⁊ electos tuos in ſinu abrahe, iſaac, ⁊ iacob p̄riarcharū tuoꝝ eā collocare digneris: q̄tenus a principibꝰ tenebraꝝ ⁊ de locis penarū liberata: nullius ignorātie aut proprie volūtatis: ſeu fragilitatis cōfundatur erroribus: ſed potius agnoſcatur a tuis: ⁊ ſancte beatitudinis re



quie pfruat: atq3 cū magni iudicij aduenerit dies: inter ſctōs tuos reſuſcitatus gloriabīſſime viſionis ppetuo ſatiet. amē. Orō.

Suauiſſime dñe ieſu chr̄e p illuz ineffabilē amorē q te digniſſimum, innocentiſſimū, ⁊ delicatiſſimuz paterne charitatis filiū: pro nobis factuz hoīez vulnerari: ac crudeliter mori pro hoībus redimendis fecit: Indulge clementiſſime dñe ieſu huic famulo tuo: oē quod cogitatu: verbo ⁊ facto: affectionibus ⁊ motibus: viribus ⁊ ſenſibus aīe ⁊ corpis deliquit: ⁊ in veram oīum peccatorū ſuorū remiſſionē: ſacratiſſime dñe ieſu tribue illi ſpirituale lumē tue ardentiſſime charitatis: qua totius mundi culpas diluiſti: ac in plenam ſuppletionez oīum negligētiarū ſuarū, meritū tue ſacratiſſime paſſionis adde: ⁊ inſuper tribue illi fructū oīum bonorū ⁊ operū p electos tuos factorū q tibi placuerūt. Amen. Orō.

Glorioſiſſime dñe ieſu: in vnione feruentiſſimi amoris qui te coegit incarnari: ⁊ anxio ſpiritu in cruce mori: ad medullaz dulciſſimi amoris tui pulſamus: vt famulo tuo oīa peccata que oī modo cōmiſit dimittas: ⁊ tue predigniſſimo paſſio

Universidad de Deusto Biblioteca



nis merito omiſſa ſuppleas: faciaſqꝫ illuꝫ
experiri ſuperabunduntiſſimaꝫ multitudi-
nem miſerationũ tuarũ: diſponas euꝫ pla-
cidiſſimo tibi modo: ſibi vtiliſſimo: ſuaui
patientia: vera penitentia: plena remiſſio-
ne: recta fide: ſpe firma: ardẽti charitate: ⁊
pro ſanctiſſimo ſtatu quatenus inter dul-
ciſſimũ amplexũ ⁊ ſuauiſſimũ oſculũ tuuꝫ:
o clementiſſime dñe ieſu: eius aĩa letanter
expiret ad tuã eternã laudẽ ⁊ gloriã laudã-
dã: cognoſcendã ⁊ fruendã. Amen. Orõ.

SAcratiſſime dñe ieſu chr̃e in manus
inextinguibilis miſericordie tue cõ-
mendamus ſpirituꝫ huius famuli[e] tui[e]: ꝑm
amoris tui magnitudinẽ: quo ſe anima tua
ſanctiſſima in cruce glorioſo patri cõmen-
dauit: ſuppliciter deprecantes: quatenus ꝑ
illã ineffabileꝫ qua diuina paternitas in ſe
totã traxit illã ſanctiſſimã animã tuaꝫ: vt in
iſta hora famuli[e] tui[e] in eodẽ feruentiſſimo
amore ſpiritum eius ſuſcipias. Eia dulciſ-
ſime domine ieſu animaruꝫ redẽptor beni
gniſſime domine per illam lachrymabileꝫ
vocem qua ſecundũ humanitateꝫ pro no-
bis moriturus laboribus ⁊ doloribus paſ-
ſionis adeo cõſumptus eras: vt te a patre



derelictuꝫ ter clamares: ne longe ſuauiſſi-
me ieſu facias a famulo[a] tuo[a] tue miſeratio-
nis auxiliũ in hac hora afflictionis ſue: pre
defectione ⁊ cõſumptione ſpiritus te inuo
care nõ valente: ſed per triumphũ ſancte
crucis: ⁊ per virtuteꝫ ſalutifere paſſionis ⁊
gratioſe mortis tue: cogita de eo cogitatio
nes pacis, miſericordie, ⁊ cõſolationis: ⁊ nõ
afflictionis: ⁊ libera eũ ab oĩbus anguſtijs:
⁊ tua ſolita benignitate bone ieſu: ⁊ dulciſ-
ſime pater erue illũ a tormentis ſibi depu-
tatis: ⁊ ad eternã requiem illum perduce-
re digneris cum voce exultationis. amen.
Orõ.

O Intemerata ⁊ in eternuꝫ be-
nedicta virgo Maria: totius angu-
ſtie ⁊ miſerie adiutrix famulo[e] tuo[e] ſuccurre
dulciter: ⁊ tuam glorioſam faciem oſtende
illi in hac vltima neceſſitate ſua: ⁊ omnes
inimicos eius, in virtute ſuauiſſimi filij tui
domini noſtri ieſu chriſti ⁊ ſancte cru ✠ cis
diſperde: ⁊ a potente dracone infernali: ⁊
ab eius horribili viſione: ⁊ ab omni fraude
malorũ ſpirituũ defende illũ: ⁊ ex omni an
guſtia libera euꝫ: quatenus tecũ cũ beatis
ſpiritibus dño deo in celorũ beatiſſimo re-
gno ſpũales ꝑſoluat laudes. Amen. Orõ.

Universidad de Deu
Biblio



Sancte michael archangele ſuccur/re huic anime: apud altiſſimuz iudi/cem: o inuictiſſime pugil aſſiſte huic famu/lo tuo: in extremis laborāti: ⁊ eum potēter a dracone infernali defende: ⁊ a viſione fraudeqꝫ malorū ſpirituū: inſup exoramus te preclarum: vt in hac extrema hora vite ipſius aiam eius benigne ſuſcipias: ac ſua/uiter in ſinū tuū recipias: illāqꝫ in locuz re/frigerij lucis ⁊ pacis pducas: cuz dño ieſu eternaliter regnaturam. Amen. Oratio.

Miſericordiſſime dñe Jeſu Chr̄e fili dei viui: in vnione illius cōmenda/tionis qua tuā ſanctiſſimam aiam in cruce moriens patri tuo celeſti cōmendaſti: mi/ſericordiſſimā bonitatē tuā humiliter exo/rantes petimus: quatenus per omnez ho norē ⁊ meritū eiuſdem anime tue ſanctiſſi/me: per quā oēs ſaluantur anime: ⁊ a mor/te ppetua liberant: anime famuli tui miſe rearis eā miſericorditer liberās ab inſidijs diaboli: a miſerijs ⁊ penis: ⁊ illam per tue ſanctiſſime paſſionis merituz ⁊ beatiſſime Marie virginis ⁊ matris tue interceſſio/nem: ad contemplationem tue beatiſſime viſionis perducere digneris. amen. Oro.



Commēdamus te chariſſime oipo/tēti deo cuius creatura es: vt cū hu manitatis debitū morte interueniēte pſol/ueris ad creatorē tuū qui te de limo forma uit reuertaris: ⁊ de corpore egrediente aīa tua:: ſplēdidus angelorū chorus tibi occur rat: pr̄iarcharū ⁊ pphetaruz numerus ſua/uiſſimo modulamine tibi obuiā veniat: iu/dex aplorū ſenatus tibi blādus exiſtat: can didatorū tibi martyruz exercitus iubiloſo concentu obuiet: liliata rutilantiū cōfeſſo/rum turma te letanter excipiat. Jubilātiū te virginuz chorus ſuſcipiat: ⁊ beate quie/tis in ſinu patriarcharū tibi ſuau s ample/xus appareat: qui inter aſſiſtentes ſibi iu/giter te intereſſe faciant: ignores oino qḋ horret in tenebris: qḋ ſtridet in flāmis: qḋ cruciat in tormētis. Cedat tibi teterrimus ſatanas cuz ſatellitibus ſuis: in aduētu ſuo te comitantibus angelis cōtremiſcat: atqꝫ in eterne noctis chaos diffugiat. Exurgat deus ⁊ diſſipent inimici eius: ⁊ fugiant a fa/cie eius qui oderūt eū. Confundant igitur ⁊ erubeſcant contra te legiones tartaree: ⁊ miniſtri ſatane iter tuuz deducente ange/lo bono impedire non valeant. Ab omni

Universidad de Deu
Bibliote

cruciatu dñs Jesus christus te liberet: qui
amoroſe pro te mortuus eſt. Dñs Jeſus
Christus dei viui filius: ſaluator ⁊ redem-
ptor tuuz intra ſancta paradiſi ⁊ amena lo-
ca te conſtituat. Et ille ſuauiſſimus paſtor
inter oues ſuas te locans agnoſcat: cõple-
ctatur: ⁊ nutriat. Jlle amantiſſimus pater
ſui ſacratiſſimi ſanguinis pretio ab omni-
bus peccatis que commiſiſti, malitia, mi-
ſeria, fragilitate, ⁊ ignorantia mortaliter ⁊
venialiter te benigne abſoluat: atqz cum
electis ſuis ad dexteraz ſuam perenni iubi-
lo fruiturũ te cõſtituat: quatenus pijſſimũ
redẽptorẽ tuũ facie ad faciẽ videns ⁊ pre-
ſens ſemper aſſiſtens beatis oculis glorio-
ſa viſiõe potiaris: donec glorioſo corpore
tuo reaſſumpto ſpirituali, eſſentiali, ⁊ acci-
dentali premio cum beatiſſimis ſpiritibuz
leteris perenni euo: proficiſcere nunc ani-
ma chriſtiana de hoc miſero mũdo in noĩe
pa ✠ tris oĩpotentis q te creauit. Jn noĩe
dñi nr̃i ieſu ✠ Chriſti qui pro te amoroſe
paſſus eſt. Jn noĩe ſpũs ✠ ſancti qui in te
gratioſe fuſus eſt: occurrant tibi ⁊ ſuccur-
rant ſancti angeli: ⁊ oĩs chorus angeloruz.
Subueniant tibi patriarche in lumine fi-



dei ſue: ꝓphete in ſplendore ſpei ſue: apo-
ſtoli in fulgore eximie charitatis: marty-
res in manſuetiſſima patientia: cõfeſſores
in humili obedientia. Virgines in liuida
mũditia, monachi in clara humilitate. E-
remite in ſyncera vite auſteritate: ⁊ oẽs ſan-
cti ⁊ ſancte dei in plena virtutũ conſumma-
tione. Adiuuent oẽs orationes ſanctoruz:
vt in pace ⁊ luce ſit locus tuus: ⁊ habitatio
tua in celeſti hieruſalez: ꝑ eterna ſecula ſe-
culorũ. Amẽ. ¶ Bñdictio cinerũ ⁊ cilitij
in quibus ponẽdus eſt infirmus moriens.
℣. Adiutoriuz. ℟. Domine exaudi. ℣.
Dñs vobiſcum. Oremus. Oĩo.
DEus q nõ mortẽ ſed penitẽtiã deſi-
deras peccatorũ: fragilitatẽ cõditionis hu-
mane: famulũ tuuz benigniſſime reſpice: ⁊
hos cineres quos cauſa ꝓferende humili-
tatis atqz promerẽde venie: cilitiũ quoqz
induturuz eſt: vel eidẽ imponi decreuimuz
bñ ✠ dicere ꝓ tua pietate digneris: vt q ſe
cinerẽ eẽ ob prauitatis ſue meritũ: ⁊ in pul-
uerez reuerſurũ ſe cognoſcit: pctõrũ oĩum
veniã: ⁊ p̃mia penitẽtibus repromiſſa a te
miſericorditer cõſequi mereat. Per chꝛ̃z
dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Exorciſmus cinerũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

EXorcizo te cinis in nomine dei pa/
✠ tris oipotentis: ⁊ in noie ieſu ✠
chriſti filij eius: ⁊ ſpūs ✠ ſancti qui te per
ignē in fauillā conuerti ꝑcepit: vt ſicut iuſ/
ſione dei per ſanctū famulū ſuum moyſen
cinis vitule aſperſus in populo oēm con/
gregationez ſāctificauit iſrael: ita ⁊ tu exor
cizatus in noīe ſancte trinitatis ⁊ in terra
⁊ cilitio aſperſus in famulo dei non lateat
diabolus ſed manifeſtetur atqȝ expellatur
vt purus ⁊ ſyncerus inueniat͛ per eundem
dominum noſtrum ieſum chriſtū: qui ven/
turus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſecu/
luz p ignez. ℟. Amē. ¶ Bn̄dictio cilitij.

BEne ✠ dic dn̄e hoc cilitiuz quod fa
mulus tuus pro humilitatis ⁊ pleni
tudinis ſue deuotione appetit: vt ſicut nini
uitaz populo in cinere ⁊ cilitio penitēti pe
perciſti: ita ⁊ famulus tuus humiliationis
⁊ profeſſionis ſue hoc indutus veſtimento
a te creatore ſuo oīum percipiat incremen
ta virtutū ⁊ cunctorū indulgentiam conſe/
quat͛ delictoruz. per chr̄m. ¶ Tūc aſper/
ſis cinerib⁹ ⁊ cilitio aqua benedicta impo
nat vtrūqȝ ſuper infirmum vel etiaz defun
ctuz ⁊ dicit ſequētē orōnē. Oremus. Orō.

Induat



INduat te dn̄s veſtimēto ſalutis: ⁊ q
nobis vt humilitatis oſtenderet for/
mā vilibus voluit indui pānis in preſepio:
ipſe te faciat corde contrito ⁊ humiliato ſi/
bi aſſiſtere: ita vt ipſe veſtimento immor/
talitatis ⁊ ſtola iocunditatis te intrinſecus
induat. Qui cuz deo patre ⁊ ſpiritu ſancto
viuit ⁊ regnat i ſecula ſeculorū. ℟. Amē.
Tunc ſacerdos cineres ſup infirmū ſpar/
gat ⁊ cilitiū ſuper eū ponat. Si vero mor/
tuus fuerit, cineres ſuper eum iactet ⁊ cili/
tiū ſub eo ponat: vel ipſum induat. Egreſ
ſa aūt aīa legat hoc ℟. ſine cātu cū ſequē/
tibus orōnibus. Subuenite ſancti dei, oc/
currite angeli dn̄i. Suſcipientes animam
eius. Offerentes eā in conſpectu altiſſimi.
℣. Suſcipiat te chriſtus: qui vocauit te:
⁊ in ſinu abrahe angeli deducant te. Offe/
rentes. ℣. Requiez eternā dona eis dn̄e:
⁊ lux perpetua luceat eis. In con. Dein/
de. Kyrie eleiſon. Chr̄e eleiſō. kyrie elei/
ſon. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed
libera. ℣. Requiez eternam dona ei dn̄e.
℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. A por/
ta inferi. ℟. Erue dn̄e aīaz eius. ℣. Re/
geſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Dn̄e exau

di. ℟. Et. ℣. Dñs vobiſcum. Oratio.
Tibi dñe cõmendamus aiam famuli[e]
tui[e]. N. vt defũctus[a] ſeculo tibi viuat,
⁊ que per fragilitatem mundane cõuerſa-
tionis peccata cõmiſit: tu venia miſericor-
diſſime pietatis abſterge. Per chriſtum
dominũ. ℟. Amen. Tunc ſacerdos ſim-
pliciter dicat. Kyrie eleiſon. Chriſte elei-
ſon. kyrie eleiſon. Pater noſter. ſecr. ℣.
Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. In
memoria eterna erit iuſtus. ℟. Ab audi-
tione mala nõ timebit. ℣. Ne tradas be-
ſtijs animã confitentem tibi. ℟. Et aias
pauperum tuorũ ne obliuiſcaris in finem.
℣. Nõ intres in iudiciũ cuz ſeruo[a] tuo[a] dñe.
℟. Quia nõ iuſtificabit in conſpectu tuo
ois viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue
dñe. ℣. Requieſcãt in pace. ℣. Dñe ex-
audi. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobiſcũ. Oro.
Suſcipe dñe aiaz famuli[e] tui[e] quaz de
ergaſtulo huius ſeculi vocare digna-
tus es: ⁊ libera eã de locis penarũ: quietis
ac lucis eterne beatitudine perfruat: ⁊ in-
ter ſanctos ⁊ electos tuos in reſurrectionis
glĩa reſuſcitari mereat. Per Chrm dñm.
Deinde portat in eccleſiã: ⁊ cãtat hoc ℟.






ſ ij




Depoſito corpore in eccleſia duo ſacer-
dotes incipiant abſolute inuita. Regē cui
oia viuunt. Venite adoremus. ps. Veni-
te. Et ſolēniter cantent totā vigiliam vel
primū noc. vt infra: vel ſecundū conſuetu-
dinē loci vel eccleſie. Poſtea cantet miſſa
ſi tps cōgruum fuerit. Qua finita ſacerdos
incipiat abſolute hāc orōnez ſine Orem⁹.

NOn intres in iudiciū cum ſeruo tuo
dn̄e: quia nullus apud te iuſtificabi-
tur homo: niſi per te omnium peccatoruz
ei tribuatur remiſſio: non ergo eum queſu-
mus tua iudicialis ſententia premat: quez
tibi vera ſupplicatio fidei chriſtiane com-
mendat: ſed gratia tua illi ſuccurrente me-



reatur euadere iudiciū vltionis: qui dū vi-
ueret inſignitus eſt ſignaculo ſancte trini-
tis. Qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoruz.
℟. Amen. Poſt iſtā orationez cantor in-
cipiat iſtud. ℟. Subuenite. vs. Et dum
cantat ℟. ſacerdos accipiat thuribulū de
manu miniſtri: ⁊ icēſet corpus defūcti. Fini-
to ℟ cātor icipiat cū choro ſuo. Kyrie el.
⁊ alius chor⁹ Chriſte. Poſtea oēs. kyrie
elei. Poſtea ſacerdos dicat aſtātibus al-
ta voce. Pater noſter. ℣. Et ne nos in.
℣. Dominus vobiſcum. Oratio.

DEus cui oia viuūt: ⁊ cui nō pereūt
moriēdo corpora noſtra: ſed mutāt in me-
lius: te ſupplices deprecamur: vt ſuſcipi iu-
beas animam famuli tui. N. per manus
ſanctorū angelorū deducendā in ſinu ami-
ci tui abrahe pr̄iarche: reſuſcitādāqz in no-
uiſſimo iudicij magni die: ⁊ qcqd vitiorum
diabolo fallēte ptraxit: tu pius ⁊ miſericors
abluas idulgēdo. Per chrm dnz nrm: q te-
cū viuit ⁊ regnat. Finita orōne cantat ℟.






Et dum reſponſorium cantatur: ſacer/dos incenſet corpus defuncti ſicut prius. Finito vero reſponſorio: cantor incipiat Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. vt ſupra. Poſtea dicat ſacerdos alta voce aſtanti/bus. Pater noſter. vt ſupra. Oro.

FAc, queſumus domine, hanc cum



ſeruo[a] tuo[a] defuncto[a] miſericordiam: vt factorum in penis non recipiat vicem: qui tuam in votis tenuit voluntatem: vt ſicut hic eu[a]m vera fides iniunxit fi/delium turmis: ita illic eu[a]m tua miſe/ratio ſociet angelicis choris. Per Chri/ſtum dominum noſtrum. Reſponſoriũ. Amen.

Qua finita cantor incipiat reſponſorium.



Universidad de Deusto Biblioteca






Expleto verſu reiteratur reſpõſoriuz. Libera me dñe. Et dum cantatur, ſacerdos incenſet corpus ſicut prius. Finito reſponſorio cãtor incipiat alta voce cum ſuo choro. Kyrie eleiſon. Chr̃e eleiſõ. Kyrie eleiſon. Deinde Pater nr̃. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Requiẽ eternaz dona ei domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orõnez meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Orõ.

Abſolue q̃ſumus dñe aiam famuli[e] tui[e]: vt defunctus[a] ſeculo tibi viuat: ⁊ que per fragilitatẽ humane ꝯuerſationis peccata commiſit: tu venia miſericordiſſime pietatis abſterge. Per chriſtum dñm noſtrũ. ℟. Amen. Finita oratione dictus ſacerdos precipiat portitoribus: vt accipiant feretrũ. Illi vero accipiẽtes deportent eũ ad tumulũ: ⁊ dum deportat clerici cãtent has ſequentes añas. Antiphona.



Universidad de Deusto Biblioteca






Cũ autẽ peruenerit ad tumulũ ſacerdos cũ feretro ſtet iuxta tumulũ: ꝛ cãtatis añis ſacerdos dicat orõnem abſolute. Oratio.

DEus qui fundaſti terram: formaſti celos: qui loca ſyderibus ſtabilita fixiſti: qui captiuũ laqueo mortis hominem lauacri ablutione reparaſti: qui ſepultos Abrahaz, iſaac ꝛ iacob in ſpelunca duplici in libro vite: atqꝫ totius glorie principes annotaſti benedicendos: ita benedicere digneris ✠ hunc tumuluz famuli tui. N. vt hic eũ requieſcere facias: ꝛ in ſinu abrahe



iſaac, ꝛ iacob collocare digneris: qui dominuz noſtrũ ieſum chriſtum cõtritis laqueis infernorũ credentiuz reſurgere ſe ſuorũqꝫ membra reſuſcitare voluiſti: reſpice domine ſuper hanc fabricã ſepulture: deſcẽdat ad eaz domine ſpũs tuus ſanctus: vt te iubẽte ſit in hoc loco famuloꝝ tuoꝝ quieta dormitio: ꝛ tempore iudicij cum ſanctis tuis oibus vera reſuſcitatio: preſtãte eodez domino noſtro ieſu chriſto: Qui tecuz ꝛ cum ſpũ tuo viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Dicta oratione accipiat aquã benedictam ꝛ aſpergat ſuper corpus defuncti ꝛ tumulũ: ꝛ poſtea incẽſet ſimiliter. His peractis in perſona defuncti dicantur he ſequẽtes añe: ꝛ cantor incipiat eas. Añã. Aperite mihi portas iuſtitie: ingreſſus in eas cõfitebor domino. ps. Confitemini. Añ. Ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domũ dei. ps. Quemadmodũ. Añ. Hec reges mea in ſeculuz ſeculi: hic habitabo quoniã elegi eam. ps. Memẽto. Añã. De terra formaſti me: ꝛ carne induiſti me: redemptor meus dñe ſuſcita me in nouiſſimo die. ps. Dñe proba. Añã. Non intres in iudicium cum ſeruo

Universidad de Deusto Biblioteca



tuo dñe: qꝛ nõ iuſtificabit in conſpectu tuo ois viuẽs. ps. Dñe exaudi. ij. Aña. Ois ſpiritus laudet dñm. ps. Laudate domi/nuz de celis. Ad benedictus Antiphona.




Et interim cũ iſte añe cãtant cũ ſuis pſal. ſacerdos dicat has orõnes ſeqñtes. Orõ.

Oremus fratres chariſſimi pro ſpi/ritu fratris vel ſororis noſtri e quem dñs deus de laqueo huius ſeculi liberare dignatus eſt: cuius corpuſculum hodie ſe/pulture tradit: vt euz pietas dñi in ſinu A/



brahe, iſaac, ⁊ iacob collocare dignet, vt cũ iudicij dies aduenerit inter ſanctos ⁊ ele/ctos ſuos eum parte dextera collocan/dum reſuſcitari faciat. Per chriſtum do/minum noſtrum. R. Amẽ. Orõ.

Deus cui oia viuũt: ⁊ cui nõ pereũt moriẽdo fidelium corpora: ſed mutant in melius: te ſupplices deprecamur: vt qcqd anima famuli e tui e. N. vitiorũ: tueqz volũtati contrariuz: fallente diabolo: ſeu ꝓpria iniqtate vel fragilitate cõtraxit: tu pius ac miſericors abluas indulgendo: eamqz ſu/ſcipi iubeas per manus ſanctoꝝ angeloꝝ tuorũ deducendã in ſinuz patriarcharuz ⁊ ꝓphetarũ tuorũ abrahe: ſcilicet amici tui: iſaac electi tui: ⁊ iacob dilecti tui: quo aufugit dolor atqz triſtitia ⁊ ſuſpirium: fideliuz quoqz aie felici iocũditate letant: ⁊ in no/uiſſimo iudicij magni die inter ſanctos ⁊ electos tuos: eã facias ꝑpetue glorie per/cipere portionez: quã oculus nõ vidit: nec auris audiuit: ⁊ in cor hoïs nõ aſcẽdit, quã ꝑparaſti diligẽtib9 te. Per chrz dñz. Orõ.

Temeritas quidez eſt dñe: vt homo hoiem: cinis cinerẽ: mortalis mortalem: tibi dño deo noſtro audeat cõmenda/

re. Sed q̃r terra ſuſcipit terram: ⁊ puluis cõuertetur in puluerem donec oĩs caro in ſuã redigat originez: inde tuã pijſſime pater lachrymabiliter q̃ſumus pietatẽ: vt huius famuli tui. N. aiam quaz de huius ſeculi cenulenta voragine ducis ad patriaz: abrahe amici tui ſinu recipias: ⁊ refrigerij rore ꝓfundas: ſit ab eſtuantis gehẽne truci incendio ſegregata: ⁊ beate requiei tue te donante cõiuncta: ⁊ ſi que ſunt illi domine digne cruciatibus culpe: tu ei gratia mitiſſime lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicez q tuã in votis tenuit volũtatẽ. Cũq3 finito mundi termino: ſupernuz cunctis illuxerit regnum: nouus homo ſanctorum omniũ cetibus aggregatus cuz electis tuis reſurgat: in parte dextera coronandus. Per chriſtum dominũ. ℟. Amen. Oro.

Opus eſt miſericordie dñe ſancte, pr̃ oĩpotẽs, eterne deus rogar̃ ꝓ alijs: ⁊ q ꝓ nr̃is ſupplicare peccatis nequaq̃ ſufficimus: ſuſcipe rogamus aiam famuli tui N. reuertentẽ ad te. Adſit ei angelus teſtamẽti tui michael: ⁊ ꝑ manus ſanctorũ angelorũ tuorũ: inter ſanctos ⁊ electos tuos: in finib⁹ abrahe, iſaac, ⁊ iacob p̃triarcharũ tuo-



rũ eã collocare digneris. Libera eum dñe de princib⁹ tenebrarũ ⁊ de locis penaꝝ: ne famulus tuus vllis iã prime ue natiuitatis vel ignorãtie cõfundar̃ erroribus. Agnoſcar̃ a tuis: ⁊ miſericordia bonitatis tue ad locuz refrigerij ⁊ q̃etis in ſinuz abrahe trãſferar̃. Per chr̃z dominũ nr̃m. ℟. Amen. Oro.

Debitum humani corpis ſepeliendi officiũ fideliũ more cõplentes: deũ cui oĩa viuũt fidelr̃ dep̃cemur: vt hoc corpus fratris vel ſororis noſtri. N. a nobis in infirmitate ſepultum in ordine ſanctorum ſuorum reſuſcitet: ⁊ eius ſpiritum ſanctis ac fidelibus aggregari iubeat: cũ quibus inenarrabili gloria ⁊ perenni felicitate perfrui mereatur. Per Chriſtum dominum nr̃m. ℟. Amen. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus: q humano corpori: animaz inſpirare dignatus es: dum te iubẽte puluis redit in puluerez: tu imaginem tuaz: cũ ſanctis ⁊ electis tuis eternis ſedibus iubeas ſociari. Per dominũ noſtrũ ieſum chr̃m. His omnibus finitis poſtquã ſepultum fuerit corpus: ſacerdos cum aqua benedicta aſpergat tumulum. Et dicat alta voce. Pater noſter q.

Universidad de Deusto Biblioteca



Et oēs ſub ſilentio dicat Pater noſter qui es in celis. ℣. Et ne nos inducas in tentationē. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Nō intres in iudiciū cū ſeruo tuo dñe. ℟. Quia nō iuſtificabit in cōſpectu tuo oīs viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animaȝ eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi orōnem meaȝ. ℟. Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Oremus. Orō.

Satiſfaciat tibi, q̄ſumus dñe deꝰ noſter, pro aīa famuliᶜ tuiᶜ. N. fratris vel ſororis nrīᶜ btiſſime dei genitricis ſemperqȝ virginis marie: ⁊ beatorū apoſtolorū petri ⁊ pauli omniumqȝ ſanctorū tuorū oratio: ⁊ p̄ſentis familie tue humilis ⁊ deuota ſupplicatio: vt peccatorū oīuȝ veniā quā precamur obtineat: nec eum patiaris cruciari gehennalibus flāmis quē filij tui dñi nrī ieſu chriſti pretioſo ſanguine redemiſti. Qui tecū ⁊ cuȝ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat deus. Per oīa ſecula ſeculorū. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cuȝ ſpiritu tuo. Sacerdos dicat. Anima eius: ⁊ anime oīum fidelium defunctorū per miſericordiā dei requieſcāt in pace. ℟. Amē.

Et ſtatim



Et ſtatim cantor incipiat Reſponſorium. Memento mei deus. cum quo reuertuntur in eccleſiam. Reſponſorium.






Universidad de Deusto Biblioteca

Cum reuertunt in eccleſiaʒ ordinate ſtēt
in choro: ⁊ finito reſponſorio ſacerdos di/
cat Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas
in tentationē. ſicut ſuperius. Oratio. Ti/
bi dn̄e cōmendamus animaʒ famuli tui: vt
defunctus ſeculo tibi viuat: ⁊ peccata que
per fragilitateʒ humane cōuerſationis cō/
miſit: tu venia miſericordiſſime pietatis ab
ſterge. Per chriſtum. ¶ In funere ſecu/
larū hoc modo fiat officiū. Sacerdos cū
ſuppelliceo, ſtola ⁊ pluuiali in medio ſtans
abſolute ⁊ ſine Oremꝰ. icipit orōnē ſequē
Non itres in iudiciū cū ſer/ tē. Orō.
uo tuo dn̄e: qꝛ nullus apud te iuſti/
ficabit homo: niſi per te oīuʒ peccatorū ei
tribuat remiſſio: non ergo cum queſumus
tua iudicialis ſentētia premat: quē tibi ve/
ra ſupplicatio fidei chriſtiane cōmendat:
ſed gratia tua illi ſuccurrēte mereatur eua/
dere iudicium vltionis: qui dū viueret inſi
gnitus eſt ſignaculo ſancte trinitatis. Qui
viuis ⁊ regnas i ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē.



Poſt iſtā orationem cantor incipiat iſtud
℟. Subuenite. vt ſupra. Et duʒ cātatur
℟. ſacerdos accipiat thuribuluʒ de manu
miniſtri: ⁊ incēſet corpus defuncti. Finito
℟io cantor incipiat cum choro ſuo. Ky/
rie eleiſon. ⁊ alius chorus Chriſte. Po/
ſtea oēs. Kyrie eleiſon. Poſtea ſacerdos
dicat aſtantibus alta voce. Pater noſter.
℣. Et ne nos. ℣. Dn̄s vobiſc. Oratio.
Deus cui omnia viuunt: ⁊ cui nō pe
reunt moriēdo corpora noſtra: ſed
mutantur in melius: te ſupplices depreca/
mur: vt ſuſcipi iubeas animam famuli tui.
N. per manus ſanctorum angelorū dedu/
cēdā in ſinu amici tui abrahe pr̄iarche: re/
ſuſcitādāqꝫ i nouiſſimo iudicij magni die:
⁊ qcquid vitioꝝ diabolo fallēte cōtraxit: tu
pius ⁊ miſericors abluas idulgendo. Per
chr̄m dn̄ʒ nr̄m. Finita orōne cātat. ℟. Li/
bera me dn̄e cū ſuis vſibꝰ: ⁊ Requiē. vt ſ.
notatū eſt. Et vbi cōſueuit cōmittant ℣.
ſacerdotibꝰ ⁊ religioſis. Expleto vſu reite
rat ℟. Libera me dn̄e. Et dū cātat ſacer/
dos incēſet corpuſ: ſicut prius. Finito rn̄ſo
rio cātor incipiat alta voce cum ſuo choro
Kyrie el'. chr̄e el'. kyrie el'. Deide Pr̄ no/

ſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Requiẽ eternã dona ei dñe. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Regeſcãt in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcuꝫ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oratio.

Abſolue queſumus dñe aiaꝫ famuli tui: vt defunctuſ ſeculo tibi viuat: ⁊ que ꝑ fragilitateꝫ humana cõuerſatione peccata cõmiſit tu venia miſericordiſſime pietatis abſterge. Per chriſtum dñm noſtrũ. ℟. Amen. Finita oĩone dictuſ ſacerdos ꝑcipiat portitoribus vt accipiãt feretrũ. Illi vero accipiẽtes deportent euꝫ ad tumulũ: ⁊ dũ deportat clerici cãtent has ſequentes añas. Aña. In paradiſum. ⁊ añ. Chorus vt ſuꝑ. Poſtea incipiat añ. Ego ſum. ps. Bñdictus dñs deuſ iſrael. Aña. Ego ſum. tota dicat poſt pſal. finita aña. ſacerdos cũ aqua bñdicta aſꝑgat tumulũ. Et dicat alta voce. Pater nr̃ qui. Et oẽs ſub ſilẽtio dicãt Pater noſter qui es in celis. ℣. Et ne nos inducas in tentationeꝫ. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe. ℟. Quia



nõ iuſtificabit in conſpectu tuo oĩs viuẽs. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animaꝫ eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi oĩonem meã. ℟. Et clamor meuſ ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Satiſfaciat tibi, q̃ſumus dñe deuſ noſter, pro aĩa famuliᶜ tuiᶜ btĩſſime dei genitricis ſemperqꝫ v̾ginis marie: ⁊ beatoꝝ apl̾orũ petri ⁊ pauli oĩumqꝫ ſanctorũ tuoruꝫ oĩo ⁊ p̃ſentis familie tue humilis ⁊ deuota ſupplicatio: vt peccatoruꝫ oĩuꝫ veniã quã precamur obtineat: nec euꝫ patiaris cruciari gehẽnalibus flãmis quem filij tui dñi nr̃i ieſu chriſti p̄tioſo ſanguine redemiſti. Qui tecũ ⁊ cuꝫ ſpũ ſancto viuit ⁊ regnat deus. Per oia ſecula ſeculoruꝫ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Sacerdos dicat Aĩa eius: ⁊ anime oĩum fideliũ defunctorũ: per miſericordiã dei requieſcãt in pace. ℟. Amen. Et ſtatim cãtor incipiat ℟. Memento. cum quo reuertunt in eccleſiã. ℟. Cũ reuerſi fuerint in eccleſiã ordinate ſtent in choro: ⁊ finito ℟. ſacerdos dicat Pater nr̃ q. ℣. Et ne nos inducas in tẽtationeꝫ. ſicut ſupius.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Oro. Tibi dñe cõmendamus aïaȝ famuli
tui: vt defunctus ſeculo tibi viuat: ⁊ pecca-
ta que ꝑ fragilitatẽ mũdane cõuerſationis
cõmiſit: tu venia miſericordiſſime pietatis
abſterge. Per chriſtum dñm noſtruȝ. ℟.
Amen. ¶ Incipit officiũ paruulorũ pue
rorũ. Quãdo puer extrahit dĩ añ. Sit no
mẽ dñi bñdictũ ex hoc nũc ⁊ vſqȝ in ſclm.
Ps. Laudate pueri dñm. Et repetit aña.
Sit nomẽ dñi bñdictuȝ. ℣. Hic accipiet
benedictionẽ a dño. ℟. Et miſericordiã a
deo ſalutari ſuo. Kyrie ele. chĩe ele. kyrie.
ele. Pr̃ nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe.
℣. Me aũt ꝓpter inocentiam ſuſcepiſti.
℟. Et cõfirmaſti me ĩ cõſpectu tuo ĩ eter
nuȝ. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣.
Dñs vobiſcuȝ. ℟. Et cuȝ ſpũ tuo. Oro.
O Op̃s ⁊ mitiſſime deus qui omnibꝰ
paruulis renatis fonte baptiſmatis
dũ migrãt a ſeculo ſine vllis eoruȝ meritis
vitã illico largiris eternam: ſicut aĩe huius
paruuli, vel paruule credimus te feciſſe.
Fac nos q̃ſumus per interceſſioneȝ beate
marie ſemꝑ virginis: ⁊ oĩuȝ electorũ tuoꝝ:
hic purificatis tibi mentibus famulari: ⁊ in
paradiſo beatis paruulis perenniter ſocia



ri. Per chr̃m dñm. ℟. Amẽ. Añ. Iuue
nes ⁊ v̓gines, ſenes cũ iunioribus laudate
dñm de celis. Ps. Laudate dñȝ de celis cũ
Glĩa pr̃i. kyrie ele. chĩe el. kyrie ele. Pa-
ter nr̃. ℣. Sinite paruulos venire ad me.
℟. Taliũ eſt eniȝ regnũ celorũ. ℣. Dñe
exaudi. ℣. Dñs vobiſcũ. Oremus. Oro.
O Mnipotẽs ſempiterne deus ſancte
puritatis amator: q aïam huius par
uuli ad celoruȝ regnum hodie miſericordi
ter vocare dignatus es: digneris etiam ita
nobiſcum miſericorditer agere: vt meritis
tue ſanctiſſime paſſionis in eodem regno
nos cũ oĩbus ſanctis ⁊ electis tuis ſemꝑ fa
cias cõgaudere. Qui vi. Añ. Benedicite
dñm. Cãticũ triũ puerorũ. ps. Benedici-
te oĩa opera domini dño. Aña. Bñdicite
dñm oẽs electi eius: agite diẽ letitie: ⁊ con-
fitemini illi. ℟. Amen. Oratio.
D Eus q miro ordine angelorũ mini
ſteria hoĩumqȝ diſpẽſas: cõcede ꝓpitius:
vt q̄bus tibi miniſtrãtibus in celo ſemꝑ aſſi
ſtit: ab his in terra vita nr̃a muniat. Per
dñm. ℣. Bñdicamus dño. ℟. Deo grãs.
Et fideliũ. ¶ Qñ tunꝰ effert ĩ eccleſiaȝ: tũc
addit ſeq̃ns officiũ ſꝫ morẽ Venetũ. Añ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Non timebis aĩa qr chr̃s paſſus eſt.
Per cuius paſſionẽ nos redẽpti ſu
mus. Añ. Dñs cuſtodiat te ab oĩ malo:
cuſtodiat aiam tuã dñs. Per cuius paſſio
nẽ. Añ. In paradiſuz deducãt te angeli,
in tuo aduẽtu ſuſcipiãt te martyres:⁊ ꝑdu
cãt te in ciuitatẽ ſanctã hierl'm. Añ. Cho
rus angelorũ te ſuſcipiat:⁊ cũ lazaro quon
dã pauꝑe eternaz habeas requiem. Añ.
Quõ cõfitebor tibi dñe qñ veneris in iudi
cio tuo:qr cor meũ mundum nõ cuſtodiui:
aiaz meã ĩ carne poſitã pollui:tẽplũ corꝑis
mei de oꝑe iniquitatis coinquinaui,precor
te dñe ante q̃ȝ diſcutias me miſerere mei:
tibi ſoli peccaui dñe,miſerere mei. Dicit.
Kyrie ele. chr̃e el'. kyrie ele. Oĩo. Pr̃ nr̃.
℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. A por
ta inferi. ℟. Erue dñe aiaz eius. ℣. Re
quiez eternã dona ei dñe. ℟. Et lux ꝑpe
tua luceat ei. ℣. Requieſcãt in pace. ℟.
Amen. ℣. Dñe exaudi orõnez meã. ℟.
Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vo
biſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oĩo.
Adeſto,q̃s dñe,ſupplicationibus no
ſtris:⁊ pias aures tuas ad p̃ces no
ſtras inclinare digneris:vt nos de throno



maieſtatis tue clementer exaudias:⁊ orõ
nes famulatus noſtri dignãter admittas.
Te inuocamus dñe ſancte, pater oĩps, eter
ne deus:ꝓ aĩa famuli tui. N. quez hodier
na die de hac luce vocare dignatus es: vt
iubeas ei p̃parare paradiſi tui loca viren
tia:nõ exurat eũ flãma ignis crudelis gehẽ
ne. Quia propterea dñs noſter ieſus chr̃s
filius tuus, in ligno crucis ſub põtio pila
to pati dignatus eſt: vt animas que ꝑ ade
trãſgreſſionez perierãt,ſua ſancta reſurre
ctione ab inferni clauſtris liberaret. Con
fundant ergo gehẽne ianitores: ⁊ miniſtri
neqtie erubeſcãt:deducãt eã angelice po
teſtates in finibꝰ p̃riarchaꝝ abrahe, iſaac,⁊
iacob patrũ nr̃orũ:cõſequat a tua potẽtia
paratã electis iocunditatẽ:⁊ a dextris he
reditatẽ adepta letetur: vt cũ dies ille tre
mẽde agnitionis tue aduenerit, vna cũ ſan
ctis ⁊ electis tuis qui tibi placuerũt: reſur
gere mereat ad indulgẽtiã nõ ad penaz: ⁊
animã illã quã fontis vnda ꝑfudit: ⁊ chriſ
ma ſalutis inũxit:nõ ſinas flãmarũ ardori
bus cruciari:nec peccatorũ vinculis alliga
ri:ſed liberã redde paradiſo tuo per indul
gentiã pietatis tue:qr tuã clemẽtiã dum in

Universidad de Deusto Biblioteca



hoc ſeculo cōſtitit nō negauit. Per chꝛm dn̄m nr̄m. ℟. Aia huius: dū dereliq̄ret mūdū ſoli deo deuota eſt: caro enim requieſcet donec tēpus veniet. ps. Ad te dn̄e leuaui aīam meam deus meus in te confido, non erubeſcam. Caro. Oremus. Oratio.

DEus vniuerſoꝝ creatoꝛ ⁊ cōditoꝛ: q̄ es beatitudo ſanctoꝝ: p̄ſta nobis petētibus vt ſpiritū fratris vel ſororis nr̄e a corpis nexibus abſolutū in lucis eterne facias regione gaudere. Per. ℟. Aiam de corpe: quā aſſumpſiſti dn̄e fac gaudere cū ſāctis tuis in glīa. Oremus. Oīo.

SUpplices exoramus pietatē tuam dn̄e ſancte, pater oīpotēs, eterne deus pro aīa famuli tui quam de hac luce accerſiri iuſſiſti: vt eā in regiōe viuoꝝ cōſtituēs partē btē reſurrectionis iter ſctōs ⁊ electos tuos habere cōcedas. Per chꝛm. ℟. In paradiſū deducāt te angeli. in tuo. ⁊c. Aña. Ego ſuȝ. ps. Bñdictus. Añ. Ego ſuȝ reſurrectio ⁊ vita q̄ credit i me etiā ſi mortuus fuerit, viuet: ⁊ oīs q̄ viuit ⁊ credit in me, nō morief in eternū. Kyrie ele. chꝛe ele. kyrie ele. Oīo. Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sȝ libera. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamoꝛ.



℣. Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cū ſpū. Oīo.

TIbi dn̄e cōmendamus aīam famuli tui: vt defūctus ſeculo: tibi viuat. Et ſi q̄ p̄ fragilitatē humane ꝯuerſationis peccata admiſit: tu venia miſericordiſſime pietatis abſterge. Per dn̄m. Oīo ꝓ oīb' defūctis.

DEus in cuius miſeratiōe aīe fideliū reqeſcūt: famulis ⁊ famulabus tuis: oībus hic ⁊ vbiq; in chꝛo qeſcētibus: da ꝓpitius veniā peccatoꝝ: vt a cūctis reatib' abſoluti tecū ſine fine letent. Per chriſtū. ℣. Requiē eternā. ℟. Et lux ꝑpe. ℣. Requeſcāt in pace. ℟. Amen. ℣. Aia eius ⁊ oīum fideliū defunctoꝝ p̄ miſecordiā dei reqeſcāt in pace. ℟. Amē. In anniuerſarijs vnius vel pluriū defunctoꝝ fit ſeq̄ns officiū. Cantata miſſa dicat. ℟. Redemptoꝛ cum ſeq̄ntibus orationibus.

REdemptoꝛ meus viuit: ⁊ in nouiſſimo die reſurgam: ⁊ renouabuntur denuo oſſa mea. Et in carne mea videbo dn̄m deum. ℣. Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄m in vita mea: pſallam deo meo q̄ȝ diu ero. Et in car. ℣. Requieȝ eternā. Et ī carne. Kyrie el'. chꝛe el'. kyrie el'. oīo. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe.

Universidad de Deusto Biblioteca



℣. Requiẽ eternã. ℟. Et lux perpe. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe. ℣. Requieſcãt in. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamor. ℣. Dñe vo. ℟. Et cũ. Oremꝰ.

Te dñe ſãcte, pater oſ̄s, eterne deus ſupplices deprecamur ꝓ aĩabus famulorũ famularũq3 tuaꝝ: vel famuli tui: quos vel quez a voraginibus huius ſeculi a te accerſiri precepiſti: vt digneris eis: vel ei: dñe dare locũ lucidũ ⁊ locuz refrigerij ⁊ quietis: liceatq3 eis, vel ei: trãſire portas infernorũ: ⁊ penas tenebrarũ, maneantq3, vel maneatq3 in mãſionibus ſcõrũ ⁊ in luce ſãcta: qua olim abrahe promiſiſti ⁊ ſemini eiꝰ, nullã leſionẽ ſuſtineãt, vel ſuſtineat: ſp̄us eoꝝ, vel eius: ſed cũ magnus dies ille reſurrectionis: ac remunerationis aduenerit: reſuſcitare eos, vel eũ, digneris dñe ad requiẽ, vna cũ ſanctis ⁊ electis tuis: deleas eoꝝ, vel eius delicta atq3 peccata vſq3 ad nouiſſimũ q̃drãtẽ: tecũq3 imortalitatis vitã ⁊ regnũ cõſequant, vel cõſequat eternũ. Per. ℟. Hec reqes mea in ſeculũ ſeculi hic habitabo qm̃ preelegi eam. Oremus.

Diri vulneris nouitate perculſi: ⁊ quodãmodo cordibus ſauciati: mi



ſericordiã tuam redemptor mũdi flebilibꝰ vocibus imploramus: vt charoꝝ noſtroꝝ animas, vel chari nr̄i aĩam: propriũ ad te datorẽ reuertentes, vel reuertentez: blãde leniterq3 ſuſcipias: vt ſiq̃s ille ex hac carnali cõmiſtione cõtraxerunt, vel cõtraxit: maculas, tu deus ſolita pietate clementer indulgeas: obliuioniq3 in ꝑpetuũ tradas: atq3 eãdem laudem tibi cuz ceteris reddituras, vel rediturã: ⁊ ad corpora, vel corpus: qñq3 reuerſuras, vel reuerſuraz: ſanctorũ tuorũ cetibus aggregari ꝑcipias ſaluator mundi. Per chr̄m. Animã ꝑcamur quã creaſti dñe: vt ſuſcipi iubeas in regnũ tuũ: ⁊ ĩ ſinu abrahe collocari facias: vt cuz btõ lazaro portionẽ ꝑcipiat. Oremꝰ. Oro.

Omnipotentis dei miſericordiã deprecemur: cuius iudicio naſcimur ⁊ finimur: vt ſp̄us fratrum ⁊ ſororũ, vel fratris ⁊ ſororis, nr̄e cõgregationis quos, vel quez, dñi pietatis de incolatu mũdi huius tranſire ꝑcepit: requies eterna ſuſcipiat: ⁊ eos, vel euz, beate reſurrectioni ꝑſentet: ⁊ in finibus abrahe iſaac ⁊ iacob collocare dignetur. Per Chr̄m. Spiritus tuus bonus deducet me in viã rectã: ꝓpter nomẽ

Universidad de Deusto Biblioteca



tuuz dñe: viuificabis me in equitate tua: ꝛ educes de tribulatione aiam meã. Oremꝰ.

Deus q iuſtis ſupplicationibus ſemper preſto es: q pia vota dignaris intueri: da famulis ꝛ famulabꝰ tuis, vel famulo tuo: quorũ, vel quarũ, vel cuius: hodie officia pſtamus: cũ ſanctis atqz electis tuis bti muneris portionez. Per chriſtuz.

Credo dñe deꝰ meus ieſu chꝛe carnis reſurrectionẽ ꝛ vitã eternã: ſed tantuz deprecoꝛ tuã clemẽtiã vt nõ inter hedos: ſed inter oues cõſortiũ merear. Oremus. Oro.

Clemẽtiã tuã ſuppliciter exoramus dñe ſancte, pater oṗs, eterne deus redẽptoꝛ aiarũ: p aiabus famulorũ famularumqz tuaruz, vel aĩa famuli tui: quos, vel quez: de hac luce accerſiri iuſſiſti: vt angelus tuus ſuſcipiat eos, vel eũ: ꝛ ſpũs tuus refrigeret eos, vel eũ: vt cuz iudicabũtur: vel iudicabit nõ exeãt cõdẽnati, vel exeat cõdẽnatꝰ, vel cõdẽnata. Per chriſtũ. ps. De pfundis clamaui ad te. totuz ℣. Requiẽ eternã. ℟. Et lux perpe. ℣. A poꝛta inferi. ℟. Erue dñe aias. ℣. Requieſcãt in. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi orationem. ℟. Et clamoꝛ. ℣. Dominus vo-



biſcum. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus: annue pcibus noſtris ea que poſcimus: ꝛ da oibus fidelibꝰ tuis: quorũ corpora hic vel vbiqz in chro requieſcunt: refrigerij ſedem: quietis btitudinẽ: luminis claritatẽ: vt q peccatorũ ſuorũ põdere pgrauant: eos ſupplicatio cõmẽdet eccl'ie. Per chꝛz dñm nrm. ℟. Amẽ. ℣. Requiem eternã dona eis dñe. ℟. Et lux ppetua luceat eis. ℣. Requieſcãt in. ℟. Amen. ¶ Incipit offm defunctorũ. Ad veſ. aña. Placebo dño. ps.

Dilexi qm exaudiet dñs: vocẽ orationis mee. Quia inclinauit aurẽ ſuã mihi: ꝛ in diebus meis inuocabo. Circũdederũt me doloꝛes mortis ꝛ pericula inferni inuenerunt me. Tribulationẽ ꝛ doloꝛez inueni: ꝛ nomen dñi inuocaui. O domine libera aiaz meaz: miſericors dñs ꝛ iuſtus: ꝛ deus noſter miſeretr. Cuſtodiẽs paruulos dñs humiliatus ſum: ꝛ liberauit me. Conuertere anima mea in requiez tuã: qꝛ dñs benefecit tibi. Quia eripuit animam meã de morte: oculos meos a lachꝛymis: pedes meos a lapſu. Placebo dño: in regione viuoruz.

Universidad de Deusto Biblioteca



R. equiē eternā dona eis dñe. Et lux ꝑpetua luceat eis. Añ. Placebo dño in regione viuorū. Aña. Hei mihi. ps.

Ad dñm cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Dñe libera aīam meam a labijs iniqs: ⁊ a lingua doloſa. Quid det tibi aut qd apponat tibi: ad linguā doloſaz? Sagitte potentis acute: cuz carbonibus deſolatorijs. Hei mihi qꝛ incolatus meus prolōgatus eſt: habitaui cuz habitantibus cedar: multū incola fuit aīa mea. Cū his qui oderūt pacem eraz pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Requiez eternā dona eis domine. Aña. Hei mihi domine: quia incolatus meus prolongatus eſt. Aña. Dñs. ps.

Leuaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxiliū mihi. Auxiliū meum a dño: qui fecit celū ⁊ terrā. Non det in cōmotionē pedem tuum: neqz dormitet q cuſtodit te. Ecce non dormitabit neqz dormiet: qui cuſtodit iſrael. Dñs cuſtodit te: dñs protectio tua: ſup manū dexteraz tuā. Per diem ſol non vret te: neqz luna ꝑ noctem. Dñs cuſtodit te ab oī malo: cuſtodiat aīaz tuā dñs. Dñs cuſtodit introituz tuum



tuū ⁊ exitū tuū: ex hoc nūc ⁊ vſqz in ſeculū. Requiē. ab. Dñs cuſtodit te ab oī malo: cuſtodiat aīaz tuā dñs. Añ. Si iniqtates. ps.

De ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiāt aures tue intēdētes: in vocē deprecationis mee. Si iniqtates obſeruaueris dñe: dñe qs ſuſtinebit? Quia apud te ꝓpitiatio eſt: ⁊ ꝓpter legem tuā ſuſtinui te domine. Suſtinuit aīa mea in verbo eius: ſperauit anima mea in dño. A cuſtodia matutina vſqz ad noctem: ſperet iſrael in dño. Quia apud dñm miſericordia: ⁊ copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet iſrael: ex oībus iniqtatibus eius. Requiez eternā: dona eis dñe. Aña. Si iniqtates obſeruaueris dñe: dñe qs ſuſtinebit? Añ. Opa manuuz. ps.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: qm̄ audiſti v̄ba oris mei. In conſpectu angelorū pſallā tibi: adorabo ad tēplum ſanctū tuū: ⁊ confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua ⁊ veritate tua: qm̄ magnificaſti ſuper omne nomen ſanctū tuū. In quacūqz die inuocauero te audi me: multiplicabis in anima mea virtutē. Confiteant̄ tibi domine oēs

Universidad de Deusto Biblioteca



regeſ terre: qui audierunt oia verba oris
tui. E t cantent in vijs nomē dn̄i: qm̄ ma-
gna eſt gloria dn̄i. Q m̄ excelſus dn̄s: ⁊
humilia reſpicit: ⁊ alta a longe cognoſcit.
S i ambulauero in medio tribulationis
viuificabis me: ⁊ ſuper irā inimicoꝝ meorū
extendiſti manū tuā: ⁊ ſaluum me fecit de-
xtera tua. D ominus retribuet pro me:
dn̄e miſericordia tua in ſeculuꝫ: opera ma-
nuū tuarū ne deſpicias. R equiē eternaꝫ
dona eis dn̄e. Aña. Opera manuū tuarū
ne deſpicias. ℣. Audiui vocē de celo di-
centeꝫ mihi. ℟. Beati mortui qui in dn̄o
moriuntur. Añ. Omne. Cāticū Marie.
M Agnificat aia mea dn̄m. E t exul-
tauit ſpūs meꝰ: in deo ſalutari meo.
Q uia reſpexit humilitateꝫ ancille ſue: ec-
ce enim ex hoc beatā me dicent oēs gene-
rationes. Q uia fecit mihi magna qui po-
tens eſt: ⁊ ſanctū nomen eius. E t miſeri-
cordia eius a progenie in progenies: timē-
tibus eum. F ecit potentiam in brachio
ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
D epoſuit potentes de ſede: ⁊ exaltauit
humiles. E ſurientes impleuit bonis: ⁊
diuites dimiſit inanes. S uſcepit iſrael



puerum ſuū: recordatus miſericordie ſue.
S icut locutus eſt ad patres noſtros A-
brahā: ⁊ ſemini eius in ſecula. R equiem
eternā dona eis dn̄e. Aña. Omne qđ dat
mihi pater ad me veniet: ⁊ euꝫ q venit ad
me non eijciam foras. Pater noſter. Ps.
L Auda aia mea dn̄m: laudabo deum
in vita mea: pſallā deo meo quādiu
fuero. N olite confidere in principibus:
neqꝫ in filijs hoīum in quibus nō eſt ſalus.
E xibit ſpiritus eius ⁊ reuertet̄ in terram
ſuaꝫ: in illa die peribunt oēs cogitationes
eoruꝫ. B eatus cuius deus iacob adiutor
eius: ſpes eius in dn̄o deo ipſius: qui fecit
celum ⁊ terraꝫ: mare ⁊ oia que in eis ſunt.
Q ui cuſtodit veritatem in ſeculum: facit
iudiciū iniuriā patientibus: dat eſcam eſu-
rientibus. D n̄s ſoluit cōpeditos: dn̄s il-
luminat cecos. D n̄s erigit eliſos: dn̄s di-
rigit iuſtos. D n̄s cuſtodit aduenas: pu-
pillum ⁊ viduā ſuſcipiet: ⁊ viā peccatoruꝫ
diſperdet. R egnabit dn̄s in ſecula: deus
tuus ſyō: in omni generatiōe ⁊ generatiōe.
R equiem eternā dona eis. ℣. A porta
inferi. ℟. Erue domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣.

Domine exaudi orationez meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cuz ſpi. Oratio.

DEus q inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pōtificali ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: p̄ſta q̄s vt eorum quoqz ppetuo aggregent cōſortio. Oro.

DEus venie largitor ⁊ humane ſalutis amator: queſumus clementiam tuaz: vt noſtre cōgregationis fratres: ſorores: propinquos ⁊ benefactores noſtros qui ex hoc ſeculo tranſierunt: beata maria ſemper virgine intercedente cuz omnibus ſanctis tuis: ad perpetue beatitudinis conſortiū peruenire concedas. Per dominuz noſtrū ieſum chriſtū. Alia oratio.

FIdelium deus omniū cōditor ⁊ redēptor: animabus famuloꝝ famularumqz tuarum remiſſionem cunctoruz tribue peccatoruz: vt indulgentiā quā ſemp optauerunt: pijs ſupplicationibus cōſequantur. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amen. ℣. Requiez eternā dona eis domine. ℟. Et lux ppetua luceat eis. ℣. Requieſcāt in pace. ℟. Amē.

¶ Ad matutinum inuitatorium.





Universidad de Deusto Biblioteca










Universidad de Deusto Biblioteca





Requiem eternam dona eis domine. Et lux per-



pe tua lu ceat eis. Regem cui om nia vi uunt



Venite a doremus. In.j.noctur.añ. Di rige. ps.

Verba mea auribus pcipe domine: intellige clamorē meū. Intēde voci orationis mee: rex meus ꝛ deus meus. Qm̄ ad te orabo domine: mane exaudies vocem meā. Mane aſtabo tibi ꝛ videbo: qm̄ nō deus volēs iniqtatez tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neqꝫ permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti oēs qui operant iniquitatem: perdes oēs qui loquunt mendaciuz. Virum ſanguinum ꝛ doloſum abominabitur dominus: ego autez in multitudine miſericordie ſue. Introibo ad domum tuam: adorabo ad templum ſanctū tuū in timore tuo. Domine deduc me in iuſtitia tua: ꝓpter inimi-



cos meos: dirige in cōſpectu tuo viā meā: Quoniaz non eſt in ore eorū veritas: cor eorū vanum eſt. Sepulchrum patens eſt guttur eoruz: linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos deus. Decidant a cogitationibus ſuis: ſecundū multitudinez impietatum eoꝝ expelle eos: qm̄ irritauerūt te domine. Et letent in te oēs q ſperant in te: in eternum exultabunt ꝛ habitabis in eis. Et gloriabuntur in te oēs qui diligūt nomen tuuz: qm̄ tu benedices iuſto. Domine vt ſcuto bone voluntatis tue: coronaſti nos. Requiem eternam dona. Aña.



Di rige do mi ne de us me us in con ſpe-



ctu tuo vi am me am. E v o v a e.



Aña. Conuer te re do mi ne. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me, neqꝫ in ira tua corripias me. Mi-

Universidad de Deusto Biblioteca



ſerere mei domine quoniã infirmus ſum: ſana me domine quoniaꝫ conturbata ſunt oſſa mea. E t anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſquequo? C onuertere domine ⁊ eripe animam meam: ſaluuꝫ me fac propter miſericordiam tuã. Q uoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? L aboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo. T urbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. D iſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. E xaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam ſuſcepit. E rubeſcant ⁊ conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur ⁊ erubeſcant valde velociter. R equiem eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Antiphona.



C on uer tere dñe ⁊ eripe animam meaꝫ: qm̃ non eſt in





morte qui memor ſit tui. E v o v a e. Añ. Ne qñ. Ps.

D omine deus meus in te ſperaui: ſaluuꝫ me fac ex oĩbus perſequentibus me ⁊ libera me. N equando rapiat vt leo animaꝫ meaꝫ: dum non eſt qui redimat neqꝫ qui ſaluũ faciat. D omine deuſ meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis. S i reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. P erſequať inimicus animã meã: ⁊ cõprehendat ⁊ conculcet in terra vitam meã: ⁊ gloriã meaꝫ in puluerem deducat. E xurge dñe in ira tua: ⁊ exaltare in finibus inimicoꝝ meorũ. E xurge dñe deus meus in precepto qđ mandaſti: ⁊ ſynagoga populorũ circundabit te. E t propter hãc i altũ regredere: dñs iudicat populoſ. I udica me dñe ſcđm iuſtitiã meã: ⁊ ſecundũ innocentiã meã ſup me. C onſumetur nequitia peccatorũ ⁊ diriges iuſtũ: ſcrutãs corda ⁊ renes deus. I uſtum adiutorium meũ a dño: qui ſaluos facit rectos corde. D eus iudex iuſtus fortis ⁊ patiens: nun-

Universidad de Deusto Biblioteca

quid iraſcetur per ſingulos dies? Niſi cō/
uerſi fueritis gladium ſuum vibrabit: ar/
cum ſuum tetendit ⁊ parauit illum. Et in
eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ar/
dentibus effecit. Ecce parturijt iniuſti/
tiā: cōcepit dolorem: ⁊ peperit iniquitateꝫ.
Lacum aperuit ⁊ effodit eum: ⁊ incidit in
foueam quam fecit. Conuertetur dolor
eius in caput eius: ⁊ in verticem ipſius ini/
quitas eius deſcendet. Confitebor domi
no ꝫm iuſtitiam eius: ⁊ pſallaꝫ nomini do/
mini altiſſimi. Requiē eternā dona. Añ.




℣. A porta inferi. ℟. Erue domine ani
mas eorum. Pater noſter qui. ℣. Et ne
nos inducas in tentationem. ℟. Sed li
bera nos a malo. Lectio prima.

Parce mihi domine: nihil enim ſunt
dies mei. Quid eſt homo quia ma/



gnificas eum: aut quid apponis erga eum
cor tuum? Viſitas eum diluculo: ⁊ ſubito
probas illum. Uſquequo non parcis mi/
hi: nec dimittis me: vt glutiam ſaliuā meā?
Peccaui. Quid faciam tibi o cuſtos ho/
minum? Quare poſuiſti me contrarium ti
bi: ⁊ factus ſum mihimet ipſi grauis? Cur
non tollis peccatum meum: ⁊ quare non
aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in
puluere dormiam: ⁊ ſi mane me queſie/
ris: non ſubſiſtam. Reſponſorium.



Universidad de Deusto Biblioteca






TEdet aīaȝ meā vite mee: dimit- l. ij. tā aduerſuȝ me eloq̄ū meū. Loquar i amaritudine aīe mee. Dicā deo: noli me ɔdēnare. Indica mihi: cur me ita iudices. Nunqd bonū tibi vꝫ ſi calūnieris ⁊ opprimas me opus manuū tuaꝝ: ⁊ ɔſiliū impioꝝ adiuues? Nūqd oculi carnei tibi ſūt: aut ſicut videt hō ⁊ tu vides? Nunqd ſicut dies hoīs dies tui: ⁊ anni tui ſicut humana ſunt tp̄a? Ut q̄ras iniq̄tatē meā: ⁊ peccatū meū ſcruteris. Et ſcias: q̄r nihil ipiū fecerīꝫ: cuꝫ ſit nemo q̄ de manu tua poſſit eruer. R. ij.









MAnus tue domine fecerunt me: ⁊ plaſmauerunt me totum in circuitu: ⁊ ſic repente p̄cipitas me? Memento queſo ꝙ ſicut lutum feceris me: ⁊ in puluerem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me: ⁊ ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle ⁊ carnibus veſtiſti me: oſſibus ⁊ neruis compegiſti me. Uitam ⁊ miſericoꝛdiam tribuiſti mihi: ⁊ viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Reſponſoꝛium.



Universidad de Deusto Biblioteca






¶ In. ij. noctur. añ. In loco paſcue. ps.
Dominus regit me: ⁊ nihil mihi de-
erit: in loco paſcue ibi me colloca-
uit. Super aquam refectionis educauit
me:



me: aiam meã cõuertit. Deduxit me ſup
ſemitas iuſtitie: ꝓpter nomen ſuũ. Nam
etſi ambulauero in medio vmbre mortis,
nõ timebo mala, qm̃ tu mecũ es. Virga
tua ⁊ baculus tuus: ipſa me cõſolata ſunt.
Paraſti in cõſpectu meo menſam: aduer
ſus eos qui tribulãt me. Impinguaſti in
oleo caput meum: ⁊ calix meus inebrians
quaz preclarus eſt. Et miſericordia tua
ſubſequat me: oĩbus diebus vite mee. Et
vt inhabitẽ in domo domini: in lõgitudine
dierũ. Requiẽ eternã. Añ. In loco pa-
ſcue ibi me collocauit. Aña. Delicta. ps.
Ad te domine leuaui aiam meã: de-
us meus in te cõfido, nõ erubeſcaz.
Neqꝫ irrideãt me inimici mei: etenim vni
uerſi qui ſuſtinent te nõ cõfundent. Con-
fundant oẽs iniqua agentes ſuperuacue.
Vias tuas domine demõſtra mihi: ⁊ ſe-
mitas tuas edoce me. Dirige me in ve-
ritate tua ⁊ doce me: quia tu es deus ſalua
tor meus: ⁊ te ſuſtinui tota die. Remini-
ſcere miſerationũ tuarũ domine: ⁊ miſeri-
cordiarũ tuaruz que a ſeculo ſunt. Deli-
cta iuuentutis mee: ⁊ ignorãtias meas ne
memineris. Secundũ miſericordiã tuaz

Universidad de Deusto Biblioteca



memento mei tu: ꝓpter bonitatē tuā dn̄e.
Dulcis ⁊ rectus dn̄s: ꝓpter hoc legē da/
bit delinquētibus in via. Diriget māſue/
tos dn̄s in iudicio: docebit mites vias ſu/
as. Uniuerſe vie dn̄i miſericoꝛdia ⁊ veri
tas: requirētibus teſtamentum eius: ⁊ teſti
monia eius. Propter nomē tuū dn̄e pꝛo/
pitiaberis peccato meo: multuꝫ eſt enim.
Quis eſt hō q̄ timet dn̄ꝫ? legē ſtatuit ei in
via quā elegit. Aia eius in bonis demoꝛa
bit: ⁊ ſemē eius hereditabit terrā. Firma
mentū eſt dn̄s timētibus eū: ⁊ teſtamentū
ipſius vt manifeſtet illis. Oculi mei ſemꝑ
ad dn̄m: q̄m ipſe euellet de laqueo pedes
meos. Reſpice in me ⁊ miſerere mei: qꝛ
vnicus ⁊ pauper ſuꝫ ego. Tribulationes
coꝛdis mei multiplicate ſunt: de neceſſita/
tibus meis erue me. Uide humilitatem
meā ⁊ laboꝛē: meū: ⁊ dimitte vniuerſa deli
cta mea. Reſpice inimicos meos: q̄m
multiplicati ſūt: ⁊ odio iniquo oderūt me.
Cuſtodi aīam meā ⁊ erue me: non erube/
ſcam q̄m ſperaui in te. Innocētes ⁊ recti
adheſerūt mihi: qꝛ ſuſtinui te. Libera de/
us iſrael: ex oib⁹ tribulationib⁹ ſuis. Añ.
Delicta iuuētutis mee: ⁊ ignoꝛātias meas



ne memineris dn̄e. Añ. Credo videre. ps.
Dominus illuminatio mea ⁊ ſalus
mea: quem timebo? Dn̄s ꝓtectoꝛ
vite mee: a quo trepidabo? Dum appꝛo
piāt ſuꝑ me nocētes: vt edāt carnes meas.
Qui tribulāt me inimici mei: ipſi infirma
ti ſunt ⁊ ceciderunt. Si cōſiſtāt aduerſum
me caſtra: non timebit coꝛ meū. Si exur/
gat aduerſuꝫ me p̄liū: in hoc ego ſperabo.
Unā petij a dn̄o, hāc requirā: vt inhabitē
in domo dn̄i: oibus dieb⁹ vite mee. Ut vi
deā volūtatē dn̄i: ⁊ viſitē tēplū eius. Q̄m
abſcōdit me in tabernaculo ſuo: in die ma/
loꝝ ꝓtexit me: i abſcōdito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me: ⁊ nūc exaltauit ca/
put meuꝫ ſuꝑ inimicos meos. Circuiui ⁊
imolaui in tabernaculo eius hoſtiā vocife/
ratiōis: cātabo ⁊ pſalmū dicā dn̄o. Exau
di dn̄e vocē meaꝫ qua clamaui ad te: miſe/
rere mei ⁊ exaudi me. Tibi dixit coꝛ meū:
exq̄ſiuit te facies mea: faciē tuā dn̄e reqrā.
Ne auertas faciē tuā a me: ne declines in
ira a ſeruo tuo. Adiutor meus eſto, ne
derelinquas me: neqꝫ deſpicias me deus
ſalutaris meus. Q̄m pater meus ⁊ ma/
ter mea dereliquerūt me: dn̄s aūt aſſūpſit

Universidad de Deusto
Biblioteca



me. Legeꝫ pone mihi domine in via tua,
⁊ dirige me in ſemitā rectam ꝓpter inimi/
cos meos. Ne tradideris me in aīas per
ſequentiuꝫ me: qm̄ inſurrexerunt in me te/
ſtes iniqui: ⁊ mentita eſt iniqtas ſibi. Cre
do videre bona domini, in terra viuentiū.
Expecta dominū, viriliter age, ⁊ cōforte
tur cor tuū: ⁊ ſuſtine dominū. Añ. Credo
videre bona domini, in terra viuentium.
℣. Collocet eum dominus cum principi
bus. ℟. Cuꝫ principibus populi ſui. ℣.
Pr̄ nr̄. ℟. Et ne nos inducas. Lcō. iiij.
Reſpōde mihi quātas habeo iniqui
tates ⁊ peccata: ſcelera mea ⁊ deli/
cta oſtende mihi. Cur faciē tuā abſcōdis:
⁊ arbitraris me inimicū tuū? Cōtra foliuꝫ
qd̄ a vēto rapit: oſtendis potentiaꝫ tuam:
⁊ ſtipulā ſiccam pſequeris. Scribis enim
contra me amaritudines: ⁊ conſumere me
vis peccatis adoleſcētie mee. Poſuiſti in
neruo pedē meū: ⁊ obſeruaſti oēs ſemitas
meas: ⁊ veſtigia pedū meoruꝫ cōſideraſti.
Qui quaſi putredo conſumendus ſum: ⁊
q̄ſi veſtimentū qd̄ comeditur a tinea. ℟.
Memento mei deus: quia ventus eſt vita
mea. Nec aſpiciat me viſus hois. ℣. De



profundis clamaui ad te domine: domine
exaudi vocem meā. Nec aſpiciat. Lcō. v.
Homo natus de muliere breui viuēs
tēpore: replet multis miſerijs. Qui
quaſi flos egreditur ⁊ cōterit: ⁊ fugit velut
vmbra: ⁊ nunq̄ in eodē ſtatu pmanet. Et
dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire
oculos tuos: ⁊ adducere eū tecum in iudi/
cio? Quis poteſt facere mundū de imūdo
conceptū ſemine? Nōne tu qui ſolus es?
Breues dies hois ſunt: numerus menſiū
eius apud te eſt. Cōſtituiſti terminos eius:
qui p̄teriri nō poterūt. Recede ergo pau/
lulum ab eo: vt quieſcat donec optata ve/
niat: ⁊ ſicut mercenarij dies eius. ℟. Hei
mihi dn̄e qr peccaui nimis in vita mea: qd
faciā miſer? vbi fugiā, niſi ad te deus? Mi
ſerere mei dum veneris in nouiſſimo die.
℣. Aīa mea turbata eſt valde: ſed tu do/
mine ſuccurre ei. Miſerere mei. Lcō. vj.
Quis mihi hoc tribuat: vt in inferno
protegas me: ⁊ abſcondas me: do/
nec pertrāſeat furor tuus: ⁊ cōſtituas mihi
hi tēpus in quo recorderis mei? Putas
ne mortuus homo rurſum viuat? Cūctis
diebus qbus nūc milito expecto donec ve/

Universidad de De[usto]
Bibliotec[a]



niat imutatio mea. Uocabis me: ⁊ ego rñ/
debo tibi. Operi manuuꝫ tuaruꝫ porriges
dexterā. Tu quidē greſſus meos dinume
raſti: ſed parce peccatis meis. ℟. Ne re/
corderis peccata mea dñe. Dum veneris
iudicare ſeculū per igneꝫ. ℣. Dirige dñe
deus meus in cōſpectu tuo viā meā. Duꝫ
veneris. ℣. Requiē eternā dona eis dñe:
⁊ lux perpetua luceat eis. Dū. ¶ In ter/
tio noctur. aña. Complaceat. Pſalmus.

EXpectans expectaui dñm: ⁊ inten/
dit mihi. Et exaudiuit ꝓces meas:
eduxit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis.
Et ſtatuit ſupra petrā pedes meos: ⁊ di/
rexit greſſus meos. Et immiſit in os meuꝫ
canticū nouum: carmen deo noſtro. Ui/
debūt multi ⁊ timebūt: ⁊ ſperabūt in dño.
Beatus vir cuius eſt nomē dñi ſpes eius:
⁊ non reſpexit in vanitates ⁊ inſanias fal/
ſas. Multa feciſti tu dñe deus meus mira/
bilia tua: ⁊ cogitationibus tuis non eſt qui
ſimilis ſit tibi. Annūciaui ⁊ locutus ſum:
multiplicati ſunt ſuper numerū. Sacrifi/
cium ⁊ oblationē noluiſti: aures autē per/
feciſti mihi. Holocauſtuꝫ ⁊ pro peccato
non poſtulaſti: tūc dixi ecce venio. In ca/



pite libri ſcriptū eſt de me: vt facerē volun
tatē tuā deus meus volui: ⁊ legem tuaꝫ in
medio cordis mei. Annunciaui iuſtitiam
tuā in eccleſia magna: ecce labia mea non
prohibebo: dñe tu ſciſti. Iuſtitiā tuā non
abſcōdi in corde meo: veritatem tuā ⁊ ſalu
tare tuū dixi. Non abſcōdi miſericordiaꝫ
tuā ⁊ veritatē tuaꝫ a concilio multo. Tu
autē dñe ne longe faciaꝫ miſerationes tuas
a me: miſericordia tua ⁊ veritas tua ſem/
per ſuſceperunt me. Quoniā circūdede/
rūt me mala quorū nō eſt numerus: com/
prehenderūt me iniquitates mee: ⁊ nō po
tui vt viderē. Multiplicate ſunt ſuper ca/
pillos capitis mei: ⁊ cor meum dereliquit
me. Cōplaceat tibi dñe vt eruas me: dñe
ad adiuuādū me reſpice. Cōfundātur ⁊
reuereant̄ ſimul q querūt aiaꝫ meā: vt au/
ferāt eā. Cōuertant̄ retrorſuꝫ ⁊ reuerean
tur: q volūt mihi mala. Ferāt ꝯfeſtiꝫ ꝯfu/
ſionē ſuā: q dicūt mihi, euge euge. Exul/
tēt ⁊ letent̄ ſup te oēs querētes te: ⁊ dicant
ſemper magnificet̄ dñs q diligūt ſalutare
tuū. Ego aūt mēdicus ſum ⁊ paup: deus
ſolicitus eſt mei. Adiutor meus ⁊ ꝓtector
meus es tu: deꝰ meus ne tardaueris. Añ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cōplaceat tibi dn̄e vt eripias me: ad adiu
uādū me feſtina. An̄. Sana domine. ps.
Beatus qui intelligit ſuper egenuȝ ꝛ
pauperē: in die mala liberabit eum
dn̄s. Dominus cōſeruet eum, ꝛ viuificet
eū ꝛ beatū faciat eum in terra: ꝛ nō tradat
eū, in animaȝ inimicoꝛuȝ eius. Dominus
opem ferat illi ſup lectū doloꝛis eius: vni/
uerſum ſtratuȝ eius verſaſti in infirmitate
eius. Ego dixi domine miſerere mei: ſa/
na aīaȝ meaȝ qꝛ peccaui tibi. Inimici mei
dixerūt mala mihi: quando moriet̄ ꝛ peri/
bit nomē eius? Et ſi ingrediebat̄ vt vide
ret, vana loquebatur coꝛ eius: cōgregauit
iniquitatē ſibi. Egrediebat̄ foras: ꝛ loq̄/
batur in idipſum. Aduerſum me ſuſur/
rabant oēs inimici mei: aduerſum me co/
gitabāt mala mihi. Verbū iniquuȝ cōſti/
tuerunt aduerſum me: nūquid qui doꝛmit
nō adijciet vt reſurgat? Eteniȝ hō pacis
mee in quo ſperaui: qui edebat panes me
os magnificauit ſup me ſupplantationeȝ.
Tu autē domine miſerere mei: ꝛ reſuſcita
me: ꝛ retribuam eis. In hoc cognoui qm̄
voluiſti me: qm̄ nō gaudebit inimicus me/
us ſup me. Me aūt ꝓpter innocentiaȝ ſu/



ſcepiſti: ꝛ cōfirmaſti me in cōſpectu tuo in
eternū. Benedictus dominus deus iſra/
el a ſeculo: ꝛ vſqȝ in ſeculuȝ fiat fiat. R. e/
quiē eternā. An̄a. Sana domine animaȝ
meam: qꝛ peccaui tibi. An̄a. Sitiuit. ps.
Quemadmodū deſiderat ceruus ad
fontes aquarū: ita deſiderat anima
mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deuȝ
fontē viuū: quādo veniāȝ ꝛ apparebo an/
te faciē dei? Fuerunt mihi lachꝛyme mee
panes die ac nocte: dū dicit̄ mihi quotidie
vbi eſt deus tuus? Hec recoꝛdatus ſum:
ꝛ effudi in me aīam meaȝ: qm̄ trāſibo in lo
cū tabernaculi admirabilis vſqȝ ad domū
dei. In voce exultationis ꝛ cōfeſſionis: ſo
nus epulantis. Quare triſtis es aīa mea:
ꝛ quare cōturbas me? Spera in deo qm̄
adhuc cōfitebor illi: ſalutare vultus mei ꝛ
deus meus. Ad meipſum aīa mea cōtur
bata eſt: pꝛopterea memoꝛ ero tui de ter/
ra ioꝛdanis ꝛ hermonij a monte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat: in voce cata/
ractaꝝ tuarū. Oia excelſa tua ꝛfluctus tui:
ſuper me trāſierūt. In die mādauit domi
nus miſericoꝛdiā ſuā: ꝛ nocte cāticuȝ eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicaȝ deo

Universidad de De[...]
Biblioteca



ſuſceptor meus es. Quare oblitus es mei:
⁊ q̄re cōtriſtatus incedo dū affligit me ini/
micus? Dū cōfringūtur oſſa mea expro/
brauerūt mihi: q tribulant me inimici mei.
Dum dicūt mihi ꝑ ſingulos dies: vbi eſt
deus tuus: q̄re triſtis es aīa mea, ⁊ q̄re con
turbas me? Spera in deo qm̄ adhuc cōfi
tebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deus meus.
Añ. Sitiuit aīa mea ad deū viuū: qñ ve/
niā ⁊ apparebo ante faciē dñi? ℣. Ne tra
das beſtijs aīas ɔfitētes tibi. ℟. Et aīas
pauperum tuorū ne obliuiſcaris in finem.
Spiritus meus attenuabit: Lcō. vij.
dies mei breuiabunt: ⁊ ſolū mihi ſu/
pereſt ſepulchrū. Nō peccaui: ⁊ in amari/
tudinibus moratꝛ oculus meus. Libera me
dñe: ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiuſuis manus
pugnet cōtra me. Dies mei tranſierūt: co/
gitationes mee diſſipate ſunt: torquentes
cor meū. Noctē verterūt in diē: ⁊ rurſum
poſt tenebras ſpero lucē. Si ſuſtinuero:
infernus domus mea eſt: ⁊ in tenebris ſtra
ui lectulū meū. Putredini dixi pater me/
us es: mater mea ⁊ ſoror mea vermibus.
Ubi eſt ergo nūc p̄ſtolatio mea ⁊ patiētia
mea? Tu es dñe deus meus. ℟. Peccā



tem me quotidie ⁊ nō me penitētē: timor
mortis cōturbat me. Quia in inferno nul/
la eſt redēptio: miſerere mei deus ⁊ ſalua
me. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me
fac: ⁊ in virtute tua libera me. Quia in in/
ferno nulla eſt redemptio: miſerere mei
deus ⁊ ſalua me. Lectio octaua.
Pelli mee cōſumptis carnibus adhe
ſit os meū: ⁊ derelicta ſunt tantūmodo la/
bia circa dentes meos. Miſeremini mei:
miſeremini mei ſaltem vos amici mei: q̄r
manus dñi tetigit me. Quare ꝑſeq̄mini me
ſicut deus: ⁊ carnibus meis ſaturamini?
Quis mihi tribuat: vt ſcribātur ſermones
mei? Quis mihi det: vt exarētur in libro ſti
lo ferreo ⁊ plūbi lamina: vel celte ſculpan
tur i ſilice? Scio eni ꝙ redēptor meꝰ viuit,
⁊ i nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſuz:
⁊ rurſum circūdabor pelle mea: ⁊ in carne
mea videbo deū. Quē viſurus ſuz ego ip/
ſe ⁊ nō aliꝰ: ⁊ oculi mei ɔſpecturi ſunt. Re/
poſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. ℟.
Dñe ſm actū meū noli me iudicare: nihil
dignū in ɔſpectu tuo egi: ideo depcor ma/
ieſtatē tuā. Ut tu deꝰ deleas iniq̄tatē meā.
℣. Ampliꝰ laua me dñe ab iniuſtitia mea:

Universidad de Deusto Biblioteca



⁊ a delicto meo munda me. Ut. Lectio.ix.
Q Uare de vulua eduxiſti me? qui vti
nã cõſumptus eſſem: ne oculus me
videret. Fuiſſem quaſi nõ eſſem de vtero
trãſlatus ad tumulũ. Nunqd nõ paucitas
dierꝝ meorũ finietur breui? Dimitte me er-
go vt plangã paululũ dolorẽ meũ: anteq̃ꝫ
vadã ⁊ nõ reuertar ad terrã tenebroſam,
⁊ opertã mortis caligine. Terrã miſerie ⁊
tenebrarũ: vbi vmbra mortis ⁊ nullus or-
do: ſed ſempiternus horror inhabitat. ℞.
Libera me dñe de vijs inferni. Qui por-
tas ereas cõfregiſti ⁊ viſitaſti infernum: ⁊
dediſti ei lumen vt viderent te. Qui erant
in penis. ℣. Clamantes ⁊ dicentes: adue
niſti redẽptor noſter. Qui portas. ℣. Re-
quiem eternaʒ dona eis domine: ⁊ lux per-
petua luceat eis. Qui erant. ¶ Ad lau-
des añа. Exultabunt domino. Pſalmus.
M Iſerere mei deus: ſecũdũ magnaʒ
miſericordiã tuã. E t ſecũdũ mul-
titudinẽ miſerationũ tuarũ: dele iniqtatem
meaʒ. A mplius laua me ab iniqtate mea
⁊ a peccato meo mũda me. Q ñ iniqta-
tem meã ego cognoſco: ⁊ peccatuʒ meum
contra me eſt ſemper. T ibi ſoli peccaui ⁊



malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermoni-
bus tuis ⁊ vincas cũ iudicaris. E cce eniʒ
in iniqtatibus cõceptus ſum: ⁊ in peccatis
cõcepit me mater mea. E cce enim veri-
tatẽ dilexiſti: incerta ⁊ occulta ſapiẽtie tue
manifeſtaſti mihi. A ſperges me domi-
ne hyſſopo ⁊ mũdabor: lauabis me, ⁊ ſup
niueʒ dealbabor. A uditui meo dabis gau
diũ ⁊ letitiam: ⁊ exultabũt oſſa humiliata.
A uerte facieʒ tuã a peccatis meis: ⁊ oẽs
iniqtates meas dele. C or mundũ crea in
me deus: ⁊ ſpiritũ rectũ innoua in viſceri-
bus meis. N e proijcias me a facie tua: ⁊
ſpũm ſanctũ tuuʒ ne auferas a me. R ed-
de mihi letitiaʒ ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu prin-
cipali cõfirma me. D ocebo iniquos vias
tuas: ⁊ impij ad te conuertentur. L ibera
me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee.
⁊ exultabit lingua mea iuſtitiã tuã. D ñe
labia mea aperies: ⁊ os meuʒ annunciabit
laudeʒ tuã. Q ñ ſi voluiſſes ſacrificiũ, de-
diſſem: vtiqꝫ holocauſtis nõ delectaberis.
S acrificiũ deo ſpũs cõtribulatus: cor con
tritũ ⁊ humiliatũ deus nõ deſpicies. B e-
nigne fac domine in bona voluntate tua:
ſion: vt edificent̃ muri hierl'm. T ũc acce

Universidad de Deusto Biblioteca



ꝓtabis ſacrificiuꝫ iuſtitie oblatiões ⁊ holo/
cauſta:tūc imponēt ſuper altare tuuꝫ vitu
los. Añ. Exultabunt dño oſſa humiliata.
T Aña. Exaudi domine. Pſalmus.
E decet hymnus deus in ſion:⁊ tibi
reddet votū in hierl'm. Exaudi orõnem
meam:ad te oīs caro veniet. Uerba ini/
quoꝝ ꝑualuerunt ſuꝑ nos: ⁊ impietatibus
nr̃is tu ꝓpitiaberis. Beatus quē elegiſti ⁊
aſſumpſiſti:inhabitabit in atrijs tuis. Re
plebimur in bonis domus tue:ſanctum eſt
téplū tuū mirabile i eq̃tate. Exaudi nos
deus ſalutaris noſter:ſpes oīum finiū ter/
re:⁊ in mari lõge. Preparās mõtes in vir
tute tua accinct⁹ potētia:q̃ cõturbas ꝓfun/
dū maris:ſonū fluctuū eius. Turbabūtur
gētes ⁊ timebūt qui habitāt terminos a ſi/
gnis tuis:exitus matutini ⁊ veſpe delecta/
beris. Uiſitaſti terrā ⁊ inebriaſti eā: mul/
tiplicaſti locupletare eam. Flumē dei re/
pletū eſt aq̃s: paraſti cibū illorū:qm̃ ita eſt
ꝑparatio eius. Riuos eius inebriās mul/
tiplica genimina eius:in ſtillicidijs eius le/
tabit germinās. Benedices corone anni
benignitatis tue:⁊ cāpi tui replebunt vber
tate. Pingueſcēt ſpecioſa deſerti: ⁊ exul/



tatione colles accingentur. Induti ſunt
arietes ouiū:⁊ valles abūdabunt frumen/
to:clamabūt,etenim hymnuꝫ dicēt. Aña.
Exaudi orationē meaꝫ:ad te omnis caro
D veniet. Aña. Me ſuſcepit. Ps.
Eus de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te aīa mea: q̃ꝫ multipliciter tibi
caro mea. In terra deſerta inuia ⁊ ina/
quoſa:ſic in ſancto apparui tibi: vt viderē
virtutē tuā ⁊ gloriam tuā. Q̃m̃ melior eſt
miſericordia tua ſuꝑ vitas: labia mea lau/
dabūt te. Sic bñdicaꝫ te in vita mea: ⁊ in
noīe tuo leuabo manus meas. Sicut adi/
pe ⁊ pinguedine repleat aīa mea:⁊ labijs
exultatiõis laudabit es meū. Si memor
fui tui ſuꝑ ſtratū meū in matutinis: medita
bor in te q̃ fuiſti adiutor me⁹. Et in vela/
mēto alaꝝ tuaꝝ exultabo:adheſit aīa mea
poſt te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vō
in vanū q̃ſierūt aīaꝫ meā:introibūt in infe/
riora terre:tradent in man⁹ gladij,ꝑtes vul
piū erūt. Rex vō letabit in deo, laudabū
tur oēs q̃ iurāt in eo:q̃ obſtructū eſt os lo/
quētiū iniq̃. Deus miſereat nr̃i ⁊ bñdicat
nobis:illuminet vultū ſuū ſuꝑ nos ⁊ miſe/
reat nr̃i. Ut cognoſcam⁹ i terra viā tuā,in

Universidad de Deusto Biblioteca



oibus gẽtibus ſalutare tuũ. Cõfiteantur
tibi populi deus:cõfiteant̃ tibi populi oẽs.
Letentur ⁊ exultent gentes : qm̃ iudicas
populos in equitate:⁊ gentes in terra diri
gis. Cõfiteant̃ tibi populi deus:cõfitean
tur tibi populi oẽs:terra dedit fructũ ſuũ.
Benedicat nos deus deus noſter:benedi
cat nos deus:⁊ metuant eum omnes fines
terre. Añа. Me ſuſcepit dextera tua do/
mine. Añ. A porta inferi. Pſal's.
Ego dixi in dimidio dierum meorũ:
vadaz ad portas inferi. Queſiui reſiduũ
annorũ meorũ:dixi nõ videbo dñm deũ in
terra viuentiũ. Nõ aſpiciaz hoĩem vltra:
⁊ habitatorẽ qetis. Generatio mea abla/
ta eſt:⁊ cõuoluta eſt a me q̃ſi tabernacula
paſtoruz. Preciſa eſt velut a texente vita
mea dũ adhuc ordirer:ſuccidit me:de ma/
ne vſqz ad veſperã finies me. Sperabaz
vſqz ad mane:quaſi leo:ſic ꝯtriuit oĩa oſſa
mea. De mane vſqz ad veſperam finies
me : ſicut pullus hirundinis ſic clamabo:
meditabor vt columba. Attenuati ſunt
oculi mei:ſuſpicientes in excelſo. Domi/
ne vim patior, rñde pro me:quid dicã,aut
quis rñdebit mihi, cuz ipſe fecerim? Re
cogitabo





cogitabo tibi oẽs annos meos in amaritu
dine aĩe mee. Dñe ſi ſic viuit̃:⁊ in talibus
vita ſpũs mei corripies me,⁊ viuificabis
me:ecce in pace amaritudo mea amariſſi/
ma. Tu aũt eruiſti aĩam meã vt non peri
ret:proieciſti poſt terguz tuuz oĩa peccata
mea. Quia nõ infernus ꝯfitebit̃ tibi:neqz
mors laudabit te:nõ expectabũt qui deſcẽ
dũt in lacũ veritatẽ tuaz. Viuens viuens
ipſe confitebit̃ tibi:ſicut ⁊ ego hodie pater
notã faciet veritatez tuaz. Dñe ſaluũ me
fac:⁊ pſalmos nr̃os cãtabim⁹ cũctis dieb⁹
vite nr̃e in domo dñi. Añ. A porta inferi
erue dñe aĩas eorũ. Añ. Omnis ſpũs. ps.
Laudate dñm de celis:laudate eũ in
excelſis. Laudate eum oẽs angeli
eius : laudate eũ oẽs virtutes eius. Lau/
date eũ ſol ⁊ luna:laudate euz oẽs ſtelle ⁊
lumẽ. Laudate eũ celi celoꝝ: ⁊ aque oẽs
q̃ ſup celos ſunt:laudẽt nomẽ dñi. Quia
ipſe dixit ⁊ facta ſunt:ipſe mãdauit ⁊ crea/
ta ſunt. Statuit ea i ſeculũ ſeculi:p̃ceptuz
poſuit ⁊ nõ p̃teribit. Laudate dñm de ter
ra dracones ⁊ oẽs abyſſi. Ignis,grando,
nix,glacies,ſpiritus ꝓcellarũ:q̃ faciũt ver/
bũ eius. Montes ⁊ oẽs colles : ligna fru/

Universidad de Deusto
Biblioteca



etifera ⁊ oēs cedri. Beſtie ⁊ vniuerſa pe/
coꝛa:ſerpentes ⁊ volucres pēnate. Re/
ges terre ⁊ oēs populi:pꝛincipes ⁊ oēs iu/
dices terre. Iuuenes ⁊ virgines,ſenes cū
iunioꝛibus laudēt nomē dñi: qꝛ exaltatum
eſt nomē eius ſolius. Confeſſio eius ſup
celū ⁊ terraꝫ:⁊ exaltauit coꝛnu populi ſui.
Hymnus oībus ſanctis eius: filijs iſrael
populo appꝛopinquāti ſibi. Cātate dño
canticū nouū:laus eius in eccleſia ſancto/
rū. Letet̄ iſrael in eo q fecit eū: ⁊ filie ſion
exultēt in rege ſuo. Laudent nomen eius
in choꝛo: in tympano ⁊ pſalterio pſallant
ei. Quia beneplacitū eſt dño in populo
ſuo:⁊ exaltauit māſuetos in ſalutē. Exul
tabunt ſancti in glīa:letabunt̄ in cubilibus
ſuis. Exultationes dei in gutture eoꝝ: ⁊
gladij ancipites in manibus eoꝛum. Ad
facienda vindictā in nationibus: increpa/
tiones in populis. Ad alligandos reges
eoꝝ in cōpedibus:⁊ nobiles eoꝝ in mani/
cis ferreis. Vt faciāt in eis iudicium con
ſcriptuꝫ:gloꝛia hec eſt oībus ſanctis eius.
Laudate dñm in ſanctis eius: laudate eū
in firmamēto v̄tutis ei⁹. Laudate eū i v̄tu
tib⁹ ei⁹:laudate eū ſm multitudinē magni



tudinis ei⁹. Laudate eū i ſono tube:lauda
te eū i pſalterio ⁊ cithara. Laudate eū in
tympano ⁊ choꝛo:laudate eū in choꝛdis ⁊
oꝛgano. Laudate eū in cymbalis bñſonā
tib⁹:laudate eū i cymbalis iubilatiōis: oīs
ſpūs laudet dñz. Requiē eter. An. Oīs
ſpūs laudet dñz. ℣. Audiui vocē de celo
dicentē mihi. ℟. Beati moꝛtui q in dño
moꝛiunt̄. Ad bñs añ. Ego ſum. Pſal's.
BEnedictus dñs deus iſrael: qꝛ viſi/
tauit ⁊ fecit redēptionez plebis ſue.
Et erexit coꝛnu ſalutis nobis: in domo
dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os
ſanctoꝝ:qui a ſeculo ſunt ꝓphetarū eius.
Salutē ex inimicis nr̄is:⁊ de manu oīum
qui oderūt nos. Ad faciēdā miſericoꝛdiā
cū pr̄ib⁹ nr̄is:⁊ memoꝛari teſtamēti ſui ſcī.
Iuſiurādū qđ iurauit ad abrahā pr̄ez nr̄z
datuꝝ ſe nobis. Vt ſine timoꝛe de manu
inimicoꝝ nr̄oꝝ liberati ſeruiamus illi. In
ſctītate ⁊ iuſtitia coꝛā ipſo:oīb⁹ dieb⁹ nr̄is.
Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis:
p̄ibis eniꝫ ante faciē dñi parare vias eius.
Ad dādā ſcientiā ſalutis plebi eius:in re/
miſſionē peccatoꝝ eoꝝ. Per viſcera miſe
ricoꝛdie dei nr̄i:i qb⁹ viſitauit nos oriēs ex

Universidad de Deusto Biblioteca



alto. Illuminare his qui in tenebris ⁊ vmbra mortis ſedēt: ad dirigēdos pedes noſtros in viā pacis. ℟. equiem eternā. ℣. Et lux ꝑpetua lu. Aña. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita: qui credit in me etiā ſi mortuus fuerit, viuet: ⁊ oīs qui viuit ⁊ credit in me non morietur ī eternū. ℣. Pater nr̄. ℣. Et ne nos inducas in tētationē. ℟. Sed libera nos a malo. ps. De ꝓfundis clamaui. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e aīas eorum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Dn̄e exaudi orōnem. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpū. Orō.

Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: preſta queſumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. Per. Oratio.

Deus venie largitor ⁊ humane ſalutis amator: queſumus clemētiā tuā: vt nr̄e congregationis fratres: ꝓpinquos ⁊ bn̄factores nr̄os q ex hoc ſeculo trāſierūt: beata maria ſemp virgine intercedēte cum omnibus ſanctis tuis: ad perpetue beatitudinis ꝯſortiū ꝑuenire ꝯcedas. Orō.

Fideliū deus oīum cōditor ⁊ redē-



ptor aīabus famulorum famularumque tuarū remiſſionem cunctorū tribue peccatorū: vt indulgentiā quā ſemp optauerūt piis ſupplicationibus cōſequantur. Qui viuis ⁊ regnas cū deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: p oīa ſecula ſeculorū. ℟. Amen. ℣. Requiē eternā. ℟. Et lux ꝑpetua. ℣. Requieſcāt in pace. ℟. Amen. Oratio.

Abſolue, q̄ſumus dn̄e, aīas famulorum famularūque tuarū: vt defuncti ſeculo tibi viuāt: ⁊ que per fragilitatē mundane ꝯuerſationis peccata cōmiſerunt: tu venia miſericordiſſime pietatis abſterge. Per chr̄m dn̄m noſtrum. ℟. Amē. Sequuntur alie tres lectiones breues. Lcō. j.

Ne des alienis honorē tuū: ⁊ annos tuos crudeli: ne forte impleātur extranei viribus tuis: ⁊ labores tui ſint in domo aliena: ⁊ gemas in nouiſſimis qn̄ cōſumpſeris carnē ⁊ corpus tuū. Vrī mor. Lcō. ij.

Melius eſt nomē bonū: q̄ vnguenta pretioſa: dies mortis die natiuitatis. Melius eſt ire ad domum luctus q̄ ad domum cōuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur homo ⁊ viuens cogitat quid futurum ſit. Beati mor. Lectio. iij.

Universidad de Deusto Biblioteca



MEmento creatoris tui in diebus iu/uentutis tue: antequã veniat tẽpus afflictionis tue: ⁊ reuertat puluis in terraȝ ſuaȝ vnde erat: ⁊ ſpiritus redeat ad dñm q dedit illũ: Beati mor. ¶ Incipiũt ſeptez pſalmi penitẽtiales. Añ. Ne reminiſcaris.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me. Miſerere mei dñe, qm̃ infirmus ſum: ſana me dñe, qm̃ conturbata ſũt oſſa mea. Et aĩa mea turbata eſt valde: ſed tu dñe vſquequo? Cõuertere dñe ⁊ eripe aĩam meã: ſaluũ me fac ꝓpter miſericordiã tuã. Qm̃ nõ eſt in morte q memor ſit tui: in inferno aũt qs cõfitebit tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo p ſingulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis ſtratum meuȝ rigabo. Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter oẽs inimicos meos. Diſcedite a me oẽs qui opamini iniquitatẽ: qm̃ exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meã: dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcãt ⁊ conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur ⁊ erubeſcãt valde velociter. Gloria. Pſalmus.



BEati quorũ remiſſe ſunt iniqtates: ⁊ quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatuȝ: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Qm̃ tacui inueterauerũt oſſa mea: duȝ clamareȝ tota die. Qm̃ die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpina. Delictũ meuȝ cognitũ tibi feci: ⁊ iniuſtitiaȝ meã nõ abſcõdi. Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meã dño: ⁊ tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tpe opportuno. Veruntamen in diluuio aquarũ multarũ: ad eũ nõ approximabunt. Tu es refugiuȝ meum a tribulatione que circũdedit me: exultatio mea, erue me a circũdãtibus me. Intellectũ tibi dabo, ⁊ inſtruã te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus in quibus nõ eſt intellectus. In chamo: ⁊ freno maxillas eoꝝ cõſtringe: q nõ approximãt ad te. Multa flagella peccatoris: ſperãtes autẽ in dño miſericordia circũdabit. Letamini in dño ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde. Gloria patri ⁊ filio. Pſalꝰ.

Universidad de Deusto Biblioteca



Domine ne ĩ furore tuo arguas me:
neqʒ in ira tua corripias me. Qm̄
ſagitte tue infixe ſunt mihi: ⁊ cõfirmaſti ſu/
per me manū tuā. Non eſt ſanitas in car/
ne mea a facie ire tue: non eſt pax oſſibus
meis a facie peccatoꝝ meorū. Qm̄ iniqui
tates mee ſupergreſſe ſunt caput meum: ⁊
ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me.
Putruerunt ⁊ corrupte ſunt cicatrices
mee: a facie inſipiẽtie mee. Miſer factus
ſum ⁊ curuatus ſuʒ vſqʒ in finem: tota die
cõtriſtatus ingrediebar. Quoniaʒ lumbi
mei impleti ſunt illuſionibus: ⁊ non eſt ſa/
nitas in carne mea. Afflictus ſum ⁊ hu/
miliatus ſum nimis: rugiebã a gemitu cor/
dis mei. Dñe ante te omne deſiderium
meū: ⁊ gemitus meus a te nõ eſt abſcondi/
tus. Cor meū cõturbatū eſt in me: dereli/
quit me ṽtus mea: ⁊ lumē oculorū meorū:
⁊ ipſuʒ nõ eſt mecū. Amici mei ⁊ ꝓximi
mei aduerſum me appropinquauerunt ⁊
ſteterunt. Et qui iuxta me erãt, de longe
ſteterũt: ⁊ vim faciebãt qui querebant ani/
mã meã. Et qui inquirebant mala mibi
locuti ſunt vanitates: ⁊ dolos tota die me/
ditabantur. Ego aũt tanq̄ ſurdus non



audiebã: ⁊ ſicut mutus nõ aperiẽs os ſuū.
Et factus ſum ſicut hõ nõ audiẽs: ⁊ non
habẽs in ore ſuo redargutiones. Qm̄ in
te dñe ſperaui: tu exaudies me dñe deus
meus. Quia dixi nequãdo ſupgaudeant
mihi inimici mei: ⁊ dũ cõmouentur pedes
mei ſup me magna locuti ſunt. Qm̄ ego
in flagella paratus ſum: ⁊ dolor meus in
ꝯſpectu meo ſemp. Qm̄ iniquitatẽ meaʒ
annũciabo: ⁊ cogitabo pro peccato meo.
Inimici autẽ mei viuunt ⁊ cõfirmati ſunt
ſuper me: ⁊ multiplicati ſunt qui oderunt
me inique. Qui retribuunt mala pro bo/
nis detrahebant mihi: qm̄ ſequebar boni/
tateʒ. Ne derelinq̄s me dñe deus meus:
ne diſceſſeris a me. Intẽde in adiutoriuʒ
meuʒ: dñe deus ſalutis mee. Gloria. ps.
Miſerere mei deus: ſecundũ magnã
miſericordiã tuã. Et ſecundũ mul
titudinẽ miſerationũ tuaruʒ dele iniquita/
tẽ meaʒ. Amplius laua me ab iniquitate
mea: ⁊ a peccato meo mũda me. Qm̄ ini
q̄tatẽ meã ego cognoſco: ⁊ peccatũ meum
ꝯtra me eſt ſemp. Tibi ſoli peccaui, ⁊ ma/
lũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus
tuis, ⁊ vincas cũ iudicaris. Ecce enim in

iniqtatibus cōceptus ſuȝ: ⁊ in peccatis cō/
cepit me mater mea. Ecce eniȝ veritatē
dilexiſti: incerta ⁊ occulta ſapiētie tue mani
feſtaſti mihi. Aſperges me dn̄e hyſſopo
⁊ mūdabor: lauabis me ⁊ ſup niuē dealba/
bor. Auditui meo dabis gaudiū ⁊ letitiā:
⁊ exultabūt oſſa humiliata. Auerte faciē
tuā a peccatis meis: ⁊ oēs iniqtates meas
dele. Cor mūdū crea in me deus, ⁊ ſpiri/
tū rectū inoua in viſcerib⁹ meis. Ne proij
cias me a facie tua: ⁊ ſpiritū ſanctuȝ tuū ne
auferas a me. Redde mihi letitiā ſaluta/
ris tui: ⁊ ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te
ꝯuertent. Libera me de ſanguinib⁹ deus
de⁹ ſalutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iu/
ſtitiā tuā. Dn̄e labia mea apies: ⁊ os meū
annūciabit laudē tuā. Qm̄ ſi voluiſſes ſa
crificiuȝ dediſſem: vtiqȝ holocauſtis nō de/
lectaberis. Sacrificiū deo ſpūs ꝯtribula/
tus: cor ꝯtritū ⁊ humiliatū deus nō deſpi/
cies. Benigne fac dn̄e in bona voluntate
tua ſion: vt edificent muri hieruſalē. Tūc
acceptabis ſacrificiuȝ iuſtitie, oblationes ⁊
holocauſta: tūc imponēt ſuper altare tuuȝ
vitulos. Gloria patri ⁊ filio. Pſalmus.



Domine exaudi orationeȝ meam: ⁊
clamor me⁹ ad te veniat. Nō auer
tas faciē tuā a me: in quacūqȝ die tribulor
inclina ad me aurē tuā. In quacunqȝ die
inuocauero te: velociter exaudi me. Quia
defecerūt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea
ſicut cremiuȝ aruerūt. Percuſſus ſum vt
fenū: ⁊ aruit cor meū: qꝛ oblitus ſuȝ come/
dere panē meū. A voce gemitus mei. ad
heſit os meuȝ carni mee. Similis factus
ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſi/
cut nycticorax in domicilio. Vigilaui: ⁊
factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabāt mihi inimici mei:
⁊ q laudabant me aduerſum me iurabant.
Quia cinerē tāqȝ panē māducabā: ⁊ po/
culū meū cū fletu miſcebā. A facie ire in/
dignationis tue: qꝛ eleuās alliſiſti me. Di
es mei ſicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego ſi/
cut fenū arui. Tu aūt dn̄e in eternū pma/
nes: ⁊ memoriale tuū in gn̄atione ⁊ gn̄atio
nē. Tu exurgēs miſereberis ſiō: qꝛ tēpus
miſerēdi eius qꝛ venit tēpus. Qm̄ placue
rūt ſeruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius miſe
rebunt. Et timebūt gētes nomē tuū dn̄e:
⁊ oēs reges terre gl̄iaȝ tuā. Qꝛ edificauit

Universidad de Deusto Biblioteca



dñs ſio͂:ꝛ videbit in glia ſua. Reſpexit in
oratione͂ humiliu͂:ꝛ no͂ ſpreuit pces eoꝝ.
Scribant hec in generatio͂e altera: ꝛ po/
pulus q creabit laudabit dñm. Quia pro
ſpexit de excelſo ſancto ſuo:dñs de celo in
terrā aſpexit. Ut audiret gemitus cōpe/
ditoꝝ: vt ſolueret filios interēptoꝝ. Ut
annūciēt in ſion nomē dñi:ꝛ laudē eius in
hierl'm. In cōueniēdo populos in vnu͂:
ꝛ reges vt ſeruiant dño. Reſpondit ei in
via virtutis ſue:paucitatē dierū meoꝝ nū
cia mihi. Ne reuoces me in dimidio die/
rū meoꝝ:in generatinne ꝛ generationem
anni tui. Initio tu dñe terram fundaſti: ꝛ
opa manuū tuarū ſunt celi. Ipſi peribunt
tu aūt pmanes:ꝛ oēs ſicut veſtimētū vete/
raſcēt. Et ſicut opertoriu͂ mutabis eos
ꝛ mutabunt:tu aūt idem ipſe es, ꝛ anni tui
nō deficiēt. Filij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabūt:
ꝛ ſemē eoꝝ in ſeculū diriget. Gloria. ps.
De pfundis clamaui ad te dñe: dñe
exaudi vocē meā. Fiāt aures tue
intēdētes:in vocē deprecationis mee. Si
iniquitates obſeruaueris dñe:dñe qs ſuſti/
nebit? Quia apud te propitiatio eſt: ꝛ ,p/
pter legē tuam ſuſtinui te dñe. Suſtinuit



aīa mea in verbo eius:ſperauit aīa mea in
dño. A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctē
ſperet iſrael in dño. Quia apud dñm mi/
ſericordia:ꝛ copioſa apud eū redemptio.
Et ipſe redimet iſrael ex oībus iniquita/
tibus eius. Gloria patri. Pſal's.
Domine exaudi orationē meaꝫ, auri
bus pcipe obſecrationem meā:in veritate
tua exaudi me i tua iuſtitia. Et nō intres
in iudiciū cū ſeruo tuo:qꝛ nō iuſtificabit in
cōſpectu tuo oīs viuens. Quia pſecutus
eſt inimicus aīam meā: humiliauit in terra
vitā meaꝫ. Collocauit me in obſcuris ſi/
cut mortuos ſeculi:ꝛ anxiatus eſt ſuper me
ſpūs meus: in me turbatuꝫ eſt cor meum.
Memor fui dieꝝ antiquoꝝ, meditatus ſuꝫ
in oībus operibus tuis:ꝛ in factis manuuꝫ
tuarū meditabar. Expādi manus meas
ad te: aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi.
Velociter exaudi me dñe:defecit ſpiritus
meus. Nō auertas faciē tuā a me: ꝛ ſimi/
lis ero deſcendētibus in lacū. Auditā fac
mihi mane miſericordiā tuā, qꝛ in te ſpera/
ui. Notā fac mihi viā in qua ambuleꝫ: qꝛ
ad te leuaui aīam meā. Eripe me de ini/
micis meis dñe: ad te cōfugi:doce me face

re volũtatẽ tuã: qꝛ deus meus es tu. Spũs tuus deducet me in terrã rectã: pꝛopter nomen tuuz dñe viuiſicabis me in eqtate tua. Educes de tribulatiõe aĩaz meã: ꝛ ĩ miſericoꝛdia tua diſpdes oẽs inimicos meos. Et perdes oẽs qui tribulant aĩam meaz, qm̃ ego ſeruus tuus ſum. Glĩa pr̃i ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſctõ. Añа. Ne reminiſcaris dñe delicta nr̃a vel parentũ noſtroꝝ: neqꝫ vindictam ſumas de peccatis nr̃is. Letanie.

Kyrie eleiſon. Chꝛ̃e eleiſon. Chꝛiſte audi nos. Chꝛiſte exaudi nos.
Pater de celis deus miſerere nobis. Fili redẽptoꝛ mũdi deus miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus miſerere nobis.
Sancta trinitas vnus deus miſerere no.
Sancta maria oꝛa pꝛo nobis.
Sancta dei genitrix oꝛa.
Sancta virgo virginum oꝛa.
Sancte michael oꝛa.
Sancte gabꝛiel oꝛa.
Sancte raphael oꝛa.
Oẽs ſancti angeli ꝛ archangeli oꝛate.
Oẽs ſcti beatoꝝ ſpirituuz oꝛdines oꝛate.
Sancte ioannes baptiſta oꝛa.
Oẽs ſancti patriarche ꝛ pꝛophete oꝛate.



Sancte petre oꝛa.
Sancte paule oꝛa.
Sancte andrea oꝛa.
Sancte iacobe oꝛa.
Sancte ioannes oꝛa.
Sancte thoma oꝛa.
Sancte iacobe oꝛa.
Sancte philippe oꝛa.
Sancte bartholomee oꝛa.
Sancte matthee oꝛa.
Sante ſimon oꝛa.
Sancte thadee oꝛa.
Sancte mathia oꝛa.
Sancte bernaba oꝛa.
Sancte luca oꝛa.
Sancte marce oꝛa.
Oẽs ſancti apoſtoli ꝛ euãgeliſte oꝛate.
Oẽs ſancti diſcipuli domini oꝛate.
Oẽs ſancti innocentes oꝛate.
Sancte ſtephane oꝛa.
Sancte laurenti oꝛa.
Sancte vincenti oꝛa.
Sancte fabiane oꝛa.
Sancte ſebaſtiane oꝛa.
Sancte petre oꝛa.
Sancti ioannes ꝛ paule oꝛate.

Universidad de Deusto Biblioteca



Sancti coſma ⁊ damiane orate.
Sancti geruaſi ⁊ prothaſi orate.
Omnes ſancti martyres orate.
Sancte ſylueſter ora.
Sancte gregori ora.
Sancte martine ora.
Sancte auguſtine ora.
Sancte ambroſi ora.
Sancte hieronyme ora.
Sancte nicolae ora.
Sancte zenobi ora.
Sancte antonine ora.
Sancte alberte ora.
Sancte iuliane ora.
Omēs ſancti pōtifices ⁊ confeſſores orate.
Omēs ſancti doctores orate.
Sancte benedicte ora.
Sancte dominice ora.
Sancte thoma ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte franciſce ora.
Sancte antoni ora.
Sancte bonofri ora.
Sancte bernarde ora.
Sancte egidi ora.
Sancte machari ora.





Omnes ſancti monachi ⁊ eremite orate.
Omnes ſancti ſacerdotes ⁊ leuite orate.
Sancta anna ora.
Sancta maria magdalena ora.
Sancta agnes ora.
Sancta lucia ora.
Sancta cecilia ora.
Sancta agatha ora.
Sancta catherina ora.
Sancta margarita ora.
Sancta apollonia ora.
Sancta eliſabeth ora.
Sancta barbara ora.
Sancta clara ora.
Sancta reparata ora.
Sancta vrſula ora.
Sancta catherina de ſenis ora.
Omnes ſancte virgines ⁊ vidue orate.
Omnes ſancti ⁊ ſancte dei orate.
Propitius eſto parce nobis dn̄e.
Propitius eſto exaudi nos dn̄e.
Ab omni malo libera nos dn̄e.
Ab omni peccato libera.
Ab ira tua libera.
A ſubitanea ⁊ improuiſa morte libera.
Ab inſidijs diaboli libera.

Universidad de Deusto
Biblioteca



A ſpiritu fornicationis libera.
Ab ira ꝛ odio ꝛ oĩ mala volũtate libera.
A fulgore ꝛ tempeſtate libera.
A morte perpetua libera.
Per myſteriũ ſancte incarnationiſ tue li.
Per aduentum tuum libera.
Per natiuitatem tuam libera.
Per baptiſmũ ꝛ ſanctũ ieiuniũ tuũ libe.
Per crucem ꝛ paſſionem tuam libera.
Per mortem ꝛ ſepulturam tuam libera.
Per ſanctam reſurrectionez tuã libera.
Per admirabilez aſcenſionẽ tuã libera.
Per aduẽtũ ſpũs ſancti paracleti libera.
In die iudicij libera.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas te roga.
Ut nobis indulgeas te roga.
Ut ad veram penitentiam nos perducere digneris te roga.
Ut eccleſiam tuam ſanctam regere ꝛ cõſeruare digneris te roga.
Ut donum apoſtolicum ꝛ omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris te roga.
Ut epiſcopũ noſtrũ conſerues te roga.
Ut inimicos ſctẽ eccleſie humiliare di. te.



Ut regibus ꝛ principibus chriãnis pacẽ ꝛ verã cõcordiã donare digneris te ro.
Ut cuncto populo chriſtiano pacẽ ꝛ vnitatem largiri digneris te roga.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio cõfortare ꝛ conſeruare digneris te roga.
Ut mentes noſtras ad celeſtia deſideria erigas te rogamus audi nos.
Ut omnibus benefactoribus noſtriſ ſempiterna bona retribuas. te roga.
Ut animas noſtras fratrum propinquorum ꝛ benefactoruz noſtrorum ab eterna damnatione eripias te roga.
Ut fructus terre dare ꝛ conſeruare digneris te roga.
Ut omnibus fidelibus defunctiſ requiez eternam donare digneris te roga
Ut nos exaudire digneris te roga.
Fili dei te roga.
Agnuſ dei qui tollis peccata mundi: parce nobis domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi exaudi nos domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Kyrie eleiſon. Chriſte el. Kyrie el. Pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ter noſter. ℣. Et ne nos inducas in tenta
tionem. ℟. Sed libera nos a malo. ps.
D Eus in adiutoriū meuz intēde: dñe
ad adiuuādū me feſtina. Confun/
dant ⁊ reuereātur: qui querūt aiam meaz.
Auertantur retrorſum ⁊ erubeſcāt: q vo/
lunt mihi mala. Auertantur ſtatim erube
ſcentes: qui dicūt mihi euge euge. Exul/
tent ⁊ letent̄ in te oēs qui querūt te: ⁊ dicāt
ſemper magnificet̄ dñs: qui diligūt ſaluta/
re tuū. Ego vero egenus ⁊ pauper ſum:
deus adiuua me. Adiutor meus ⁊ libera
tor meus es tu: dñe ne moreris. Gloria
pr̄i, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Sicut erat. ℣. Saluos
fac ſeruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟. De/
us meus ſperantes in te. ℣. Eſto nobis
dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimi/
ci. ℣. Nihil ꝓficiat inimicus i nobis. ℟.
Et filius iniqtatis nō apponat nocere no/
bis. ℣. Dñe non ſecūduz peccata noſtra
facias nobis. ℟. Neqꝫ ſecūduz iniquita/
tes nr̄as retribuas nobis. ℣. Oremus ꝓ
pōtifice nr̄o. ℟. Dñs cōſeruet eū, ⁊ viuifi
cet eū, ⁊ beatū faciat eū i terra: ⁊ nō tradat
eū i aiaz inimicorū eius. ℣. Orem⁹ ꝓ bñ/
factoribus nr̄is. ℟. Retribuere dignare



dñe deus omnibus nobis bona faciētibus
ꝓpter nomē ſanctū tuū vitā eternam. ℣.
Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Re
quiem eternam dona eis dñe: ⁊ lux perpe
tua luceat eis. ℣. Regeſcant in pace. ℟.
Amen. ℣. Pro fratribus noſtris abſenti
bus. ℟. Saluos fac ſeruos tuos ⁊ ancil/
las tuas deus meus ſperātes in te. ℣. Mit
te eis dñe auxiliū de ſancto. ℟. Et de ſiō
tuere eos. ℣. Dñe exaudi orōnē meā. ℟.
Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
D Eus cui ꝓpriuz eſt miſereri Orō.
ſemꝑ ⁊ parcere: ſuſcipe deprecatio
nem noſtram: vt nos ⁊ oēs famulos tuos
quos delictorū cathena cōſtringit, miſera/
tio tue pietatis abſoluat. Per dñm. Orō.
E Xaudi, queſumus dñe, ſupplicū pre
ces: ⁊ cōfitentium tibi parce pecca/
tis: vt pariter nobis indulgentiaz tribuas
benignus ⁊ pacem. Per. Oratio.
I Neffabilē nobis dñe miſericordiaz
tuā clemēter oſtēde: vt ſimul nos ⁊ a pec/
catis oībus exuas: ⁊ a penis quas pro his
meremur eripias. Per. Oratio.
D Eus qui culpa offenderis, peniten
tia placaris: preces populi tui ſupplicātis

Universidad de Deusto
Biblioteca



propitius reſpice ⁊ flagella tue iracūdie q̄
pro peccatis nr̄is meremur auerte. Per.

Oro. Omnipotens ſempiterne de-
us miſerere famulo tuo: ⁊ dirige eū
ſecundum clementiam tuam in viam ſalu-
tis eterne: vt te donāte tibi placita cupiat:
⁊ tota virtute pficiat. Per d. Oro.

Deus a quo ſancta deſideria, recta
conſilia ⁊ iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis il-
lam quaꝫ mundus dare nō poteſt pacem:
vt ⁊ corda noſtra mandatis tuis dedita: ⁊
hoſtium ſublata formidine tempora ſint
tua protectione tranquilla. Per. Oratio.

Ure igne ſcti ſpūs renes nr̄os ⁊ cor
nr̄m dñe, vt tibi caſto corpoꝛ ſeruia-
mus, ⁊ mundo corde placeamus. P. Oro.

Fideliū deus oīum conditor ⁊ redē-
ptor animabus famulorꝫ famula-
rumqꝫ tuarum remiſſionem cunctorꝫ tri-
bue peccatorū: vt indulgentiam quā ſem-
per optauerunt: piis ſupplicationibus cō-
ſequantur. Per dominū. Oratio.

Actiones noſtras queſumus domi-
ne aſpirādo pueni: ⁊ adiuuādo pſeq̄re: vt
cūcta nr̄a orō ⁊ opatio a te ſemp incipiat:
⁊ per te cepta finiatur. Per dñm. Oratio.



Omnipotens ſempiterne deus: qui
viuorū dominaris ſimul ⁊ mortuo-
rum: omniumqꝫ miſereris: quos tuos fi-
de ⁊ opere futuros eſſe prenoſcis: te ſup-
pliciter exoramus: vt pro quibus effunde-
re preces decreuimus: quoſqꝫ vel preſens
ſeculum adhuc in carne retinet: vel futurū
iā exutos corpore ſuſcepit: intercedētibus
oībus ſanctis tuis pietatis tue clementia:
oīum delictoꝝ ſuorū veniaꝫ cōſequantur.
Per dominum noſtrū ieſum chr̄m filium
tuū: q tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs
ſancti deus: p oīa ſecula ſcloꝝ. ℟. Amen.
℣. Dñe exaudi orationeꝫ meam. ℟. Et
clamor meus ad te. ℣. Dñs vobiſcum.
℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Benedicamus
domino. ℟. Deo gratias. ℣. Exaudiat
nos oīpotēs ⁊ miſericors dñs. ℟. Amen.

Collecta pro viro: ⁊ defuncto. Oremus.

Inclina domine aures tuas ad pre-
ces noſtras: qbus miſericordiā tuaꝫ
humiliter deprecamur: vt animam famuli
tui quam de hoc ſeculo migrare iuſſiſti: in
pacis ac lucis regione cōſtituas: ⁊ ſanctoꝝ
tuorū iubeas eſſe cōſortē. Per chr̄m dñm
noſtrū. Amen. Orō pro muliere defūcta.

Universidad de Deusto Biblioteca



Q Ueſumus dñe pro tua pietate mi/ ſerere aīe famule tue: ⁊ a contagijs mortalitatis exutā in eterne ſaluationis par tem reſtitue. Per chrm dñm noſtrū amē.

Oratio pro pluribus defūctis indifferēter.

P Ropitiare dñe aīabus fideliū tuorū miſericordia ſempiterna: vt morta/ litatis nexibus expedite lucem eternā poſ ſideant. Per chriſtum dominuz noſtrum. Amen. ¶ Incipit benedictio aque: que fit in vigilia Epiphanie: poſt cōpletoriuz preſbyter ⁊ miniſtri veſtibus ſacris indu/ ti, procedūt ad locū, vbi alueolus cū aqua benedicenda eſt preparatus: ⁊ ibi cantant ſubſcriptas antiphonas cum ſuis pſalmis.



V ox do mi ni ſu per aquas alle luia: de us



ma ieſtatis in tonuit alle luia. ps. Afferte do/



mino. Añ. In eccleſijs be nedicite domi num





alleluia: de fon tibus iſrael alle luia. ps. Exur/



gat deus. Añā. Ipſe liberauit me alle luia: de



laqueo venantium: alleluia. ps. Qui habitat in ad.

Deinde dicuntur letanie cantando. Ky/ rie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

P ater de celis deus miſerere nobis.
F ili redēptor mūdi deus miſerere nobis.
S piritus ſancte deus miſerere nobis.
S ancta trinitas vnus deus miſerere no.
S ancta maria ora pro nobis.
S ancta dei genitrix ora.
S ancta virgo virginum ora.
S ancte michael ora.
S ancte gabriel ora.
S ancte raphael ora.
O mnes ſancti angeli ⁊ archāgeli orate.

Universidad de Deusto Biblioteca



Oẽs ſancti beatoꝝ ſpirituũ ordines orate.
Sancte ioannes baptiſta ora.
Oẽs ſancti patriarche ⁊ prophete orate.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte ioannes ora.
Sancte marce ora.
Oẽs ſancti apoſtoli ⁊ euangeliſte orate.
Sancte ſtephane ora.
Sancte laurenti ora.
Sancte vincenti ora.
Sancte theodore ora.
Omnes ſancti martyres orate.
Sancte ſylueſter ora.
Sancte gregori ora.
Sancte martine ora.
Sancte auguſtine ora.
Oẽs ſancti põtifices ⁊ confeſſores orate.
Sancte benedicte ora.
Sancte dominice ora.
Sancte franciſce ora.
Sancte antoni ora.
Oẽs ſancti monachi ⁊ eremite orate.
Sancta maria magdalena ora.
Sancta agnes ora.
Sancta agatha ora.



Sancta monica ora.
Oẽs ſancti ⁊ ſctẽ dei: intercedite ꝓ nobis.
Propitius eſto parce nobis dñe.
Propitius eſto exaudi nos dñe.
Ab omni malo libera nos domine.
Ab omni peccato libera.
A morte perpetua libera.
Per myſteriũ ſctẽ incarnationis tue libe.
Per aduentum tuum libera.
Per natiuitatem tuam libera.
Per baptiſmũ ⁊ ſanctũ ieiuniũ tuuz libe.
Per crucem ⁊ paſſionem tuam libera.
Per mortem ⁊ ſepulturam tuam libera.
Per ſanctã reſurrectionem tuam libera.
Per admirabilez aſcenſionẽ tuã libera.
Per aduentũ ſpũs ſancti paracleti libe.
In die iudicij libera.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas te roga.
Ut eccleſiam tuam ſanctam regere ⁊ cõ-
ſeruare digneris te roga.
Ut donum apoſtolicum ⁊ omnes eccle-
ſiaſticos ordines in ſancta religione
conſeruare digneris te roga.
¶ Hic ſacerdos dicat hos tres verſic. vez.
Ut hãc aquã bñdicere digneris te roga.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ut hāc aquā bn̄dicere ⁊ ſcificar̄ di. te ro.
Ut hanc aquam benedictaȝ ſanctificare
⁊ conſeruare digneris te roga.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio cō
fortare ⁊ cōſeruare digneris te roga.
Ut omnibus benefactoribus noſtris ſem
piterna bona retribuas te roga.
Ut fructꝰ terre dare ⁊ cōſeruare di. te ro.
Ut omnibus fidelibus defunctis requieȝ
eternam donare digneris te roga.
Ut nos exaudire digneris te roga.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: par
ce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: ex
audi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: mi
ſerere nobis. Chriſte audi nos. Chriſte
exaudi nos. Kyrie eleiſon. Chriſte elei
ſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et
ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣.
Saluos nos fac dn̄e deꝰ nr̄. ℟. Et cōgre
ga nos de nationibus. ℣. Ut cōfiteamur
nomini ſctō tuo. ℟. Et gloriemur in lau
de tua. ℣. Benedictus dominus deus iſ
rael a ſeculo. ℟. Et vſqȝ in ſeculum fiat
fiat. Sufflat in aquam tribus vicibus ſic



dicendo. Exufflo te omnis legio ſatane.
In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpi ✠ ri
tus ſancti. Amen. Exorciſmus cantado.
Exorcizo te creatura aque ī noīe pa
✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpi ✠ ritus ſancti
ne cōmunis ſis vlli ſpiritui imūdo: ſed da
bis honoreȝ viuēti atqȝ regnāti pr̄i, ⁊ filio,
⁊ ſpūi ſancto: vbicunqȝ aſperſa fueris ſpi
ritus īmundus ab eo loco recedat. Itaqȝ
adiuro te creatura aque: in noīe Jeſu chr̄i
nazareni filij dei viui regis ⁊ iudicis noſtri
vt ſis purgatio ⁊ ſanctificatio hoīuȝ: quos
deus ad ſuā ſanctā gloriā vocare dignatus
eſt. Te ergo inuoco dn̄e ſancte, pater om
nipotēs, eterne deus, vt hāc aquā exorciza
re ⁊ benedi ✠ cere ꝑ tua pietate digneris:
vt oīs imūdus ſpūs locū in ea vltra nō ha
beat: ſed vbicunqȝ aſperſa fuerit angelo
rum tuoruȝ ibi deſcendat exercitus. Per
eūdem dominū noſtrū ieſuȝ chr̄m. Sub
diaconꝰ vel acolitus dicat. Lcō libri nūeri.
In diebus illis. Cōuenerūt filij iſra
el ad moyſen ⁊ aarō: ⁊ verſi ī ſeditio
neȝ dixerūt. Da nobis aquā vt bibamus.
Ingreſſus moyſes ⁊ aarō dimiſſa multitu
dine ante tabernaculū federis: corruerunt

pꝛoni in terrã:clamauerũtq; ad dñm ⁊ di/xerunt. Dñe deus exaudi clamorẽ populi huiꝰ:⁊ aperi eis theſaurũ tuũ fontẽ aq̃ vi/ue: vt ſatiati ceſſet murmuratio eoꝝ. Et apꝑuit glĩa dñi ſup eos. Choꝛꝰ cãtet trac.








Universidad de Deusto Biblioteca



Diaconus accepta benedictione dicit.
Euangelium ſecundum Joannem.
In illo tempoꝛe. In nouiſſimo autē
die: magne feſtiuitatis: ſtabat Jeſus: ⁊ cla-
mabat dicens. Siquis ſitit: veniat ad me
⁊ bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcri-
ptura: flumina de ventre eius fluent aque
viue: hoc aūt dixit de ſpiritu queꝫ acceptu-
ri erāt credētes in euꝫ. Exoꝛciſmus aque
Exoꝛcizo te creatura aque cantādo.
per deum viuum: per deum veruꝫ:
per deum ſanctum: per deum totius crea-
ture: vt te mundam exbibeas contra om-
nem moꝛbum: atqꝫ inſidias inimici: ⁊ dia-
bolicas poteſtates. Ut vbicunqꝫ aſperſa
fueris: ſit propitio deo defenſa domus ip-
ſa: ſicut defenſe fuerunt in egypto domus
hebꝛeoꝛum per ſignum ſanguinis agni: ſic
defendantur domine domus famuloꝛum
famularumqꝫ tuarum: per aſperſionem
huius aque. In ipſius nomine te exoꝛcizo,
qui verbo ſuo fontem manare pꝛecepit.
Et in ipſius nomine te exoꝛcizo: qui filios
iſrael per medium mare eduxit. In ipſius
nomine te exoꝛcizo: qui ſuper te ſuis ſan-
ctis pedibus ambulauit. In ipſius nomi-
ne te



ne te exoꝛcizo: quem ioānes in te baptiza-
uit vt omnis ſpiritus erroꝛis: ⁊ oēs fanta-
ſie demonum per te aſperſe effugiant: ⁊
ſeparentur de eodem loco. Per eundem
chꝛiſtum dn̄m noſtrū qui venturuſ eſt iudi
care viuos ⁊ moꝛtuos ⁊ ſeculū per igneꝫ.
℟. Amē. Sequit exoꝛciſmus cātando.
Exoꝛcizo te creatura aq̄. In ✠ noīe
dei pa ✠ tris omnipotētiſ: ⁊ in noīe
dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti: vt omnis immundus
ſpiritus: vel incurſio ſatane ſeparetur a
te creatura aque. Pꝛoinde ergo efficere
aqua exoꝛcizata ad effugādum omne fan-
taſma inimici: ⁊ ipſum inimicuꝫ eradicare
⁊ effugare valeas in noīe dei patris oīpo-
tentis. Qui cū eodem filio ſuo ⁊ ſpiritu ſan
cto viuit ⁊ regnat: in ſecula ſeculoꝛuꝫ. ℟.
Amē. Oꝛo. Et cantatur in tono ſolenni.
Benedic dn̄e hanc aquā bn̄dictione
celeſti: ⁊ aſſiſtat ſuper eaꝫ virtus ſpi-
ritus ſancti: ⁊ vbicunqꝫ aſperſa fuerit: lon-
ge recedat virtus inimicoꝛū: verbera fan-
taſmatum: incurſio turbinū: percuſſio ful-
minū: leſio tonitruoꝛum: calamitas tempe
ſtatum: omnis ſpiritus pꝛocellarū: teipſuꝫ
oīpotentē depꝛecamur. Qui viuis regnas

Universidad de Deus
Bibliote



per oīa ſecula ſeculoꝝ. ℞. Amē. Oratio
ſuper ſalē legēdo mediocri voce.
V Irtutis tue inuictā fortitudinē de-
precor dñe ſancte, pater oīpotens, eterne
deus: ſup hoc ſal: cui nō minimā gratiā cō-
ferre dignatus es: vt ex illo poſſint vniuer
ſa cōdiri: que hoībus ad eſcā per tuū filiuꝫ
dominum noſtrum procreari iuſſiſti: per
quē te domine ſupplices exoramus: vt ſal
iſtud ſancti ✠ ficare, benedi ✠ cere ⁊ cōſe
✠ crare ꝓ tua pietate digneris: vt ex vul-
tu diuine maieſtatis tue: virtutē tuā contra
oēs imūdos ſpūs poſſit accipere. Expel-
lat de tabernaculis famulorū famularūqꝫ
tuarū: quicquid poteſt peſtiferū eſſe: ⁊ ex-
hibeat plenū ſalutis effectū: deterreat pre-
ſtigia: fantaſiaſqꝫ cōpeſcat: ꝑ ſignuꝫ ſancte
cru ✠ cis filij tui dñi nr̃i: tutelā fideliſſimaꝫ
deſiderātibus preſtet per hoc tuum dñe ie
ſu chriſte ſigna ✠ culū: quod nullius dolū:
nullius pertinaciā deſignauit. Per eūdeꝫ
dominū. Alia benedictio ſalis cantando.
B Enedico te creatura ſalis in noīe pa
✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpi ✠ ritus ſancti:
qui te ad tutelā humano generi ꝓcreauit:
⁊ populo veniēti ad credulitatem: per ſer-



uos ſuos cōſecrari precepit. Proinde ro-
gamus te domine deus noſter: vt hec crea
tura ſalis in nomine ſancte trinitatis: effi-
ciatur ſalutare ſacramentum: ſitqꝫ perfe-
cta medicina in viſceribus fidelium tuorū.
Per euꝫ qui venturus eſt iudicare viuos
⁊ mortuos. Oratio ſup ſal legendo.
I Ntuere dñe hanc creaturam ſalis:
quā vſibus humani generis tribuiſti. Et
petimus oīpotens, eterne deus: vt per ſi-
gnum cru ✠ cis vnigeniti filij tui domini
noſtri ieſu chriſti: vbi aſperſa fuerit aqua
hoc ſale cōmiſta: ſit efficax ad euacuandū
omnem inimici aduerſariam poteſtatem.
Conſumet ⁊ arefaciat: nihilqꝫ ibi rema-
neat immundum: nihil peſtiferum: ſed ad
inuocationem nominis tui ſit nobis mun-
dum ac benedictū. Per eū qui venturus
eſt iudicare viuos. Exorciſmus cantādo.
E Xorcizo te creatura ſalis: ꝑ deū ve-
rū: ꝑ deū ſanctū: ꝑ deū totius creatu
re, q̄ te ꝑ heliſeū ꝓphetā in aquaꝫ mitti iuſ-
ſit: vt ſanaret̃ ſterilitas aq̄: Qui ꝑ apl'z pau-
lū dicere dignatus eſt, ſit cor vr̃m ſale cōdi
tū. Ideoqꝫ efficere ſal ad exorcizandū, ad
euacuādū, ⁊ expellendū inimicū: omnēqꝫ

Univerſidad de Deus
Biblioteca



virtutem ⁊ putredinez eius:in nomine dñi
noſtri ieſu chꝛiſti . Qui venturus eſt ⁊c.
Oꝛemus. Oratio legēda. mediocri voce.
DOminus ⁊ ſaluatoꝛ noſter ieſus an
tequam ad celos aſcenderet : apo/
ſtolis ſuis mandauit dicēs: Habete in vo/
bis ſal:⁊ pacē babete inter vos. Hic po/
nat ſal in aquā dicēs. Hic cōmiſtio ſalis
⁊ aque pariter fiat . In nomine pa ✠ tris
⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpi ✠ ritus ſancti:⁊ in virtutę do
mini noſtri ieſu chꝛiſti:cui eſt honoꝛ ⁊ glo/
ria in ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē. Cātādo.
EXoꝛcizo te creatura ſalis ⁊ aque: in
nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpi ✠
ritus ſancti. Exoꝛcizo te per deum viuuz.
Exoꝛcizo ter per crucifixum. Exoꝛcizo te
per ſpiritum ſanctum. Per eum te exoꝛci
zo qui per heliſeum pꝛophetā ſal in aquā
mitti iuſſit:dicens. Hec dicit dñs. Sana/
bitur aqua iſta:⁊ non erit in ea moꝛs neqꝫ
ſterilitas. Per ipſius nomen te adiuro: qui
diuina voce oꝛis ſui, apoſtolis ſuis locu/
tus eſt dicens: Vos eſtis ſal terre: ⁊ coꝛ ve
ſtrum ſale ſit conditum . Vt omnes qui ex
te ſumpſerint, ſint ſanctificati in animabus
⁊ coꝛpoꝛibus. Vt vbicunqꝫ aſperſa fueris



effuges inimicū: ⁊ pꝛeſtes omnibus remiſ/
ſionez peccatoꝝ. Expellas inſidias : ⁊ ex/
cludas oēs demonum tētationes. Te au/
tem conditoꝛ ⁊ reſtauratoꝛ omniū elemen
toꝛum tuoꝛuz:qui hec fluenta tuo nomine
ſanctificata, ad purgationem locoꝛuz pꝛo/
ficere iuſſiſti:depꝛecoꝛ vt nominis tui inuo
cata maieſtate, gratiam ſpiritus ſancti hec
aqua accipiat . Valeatqꝫ ad expellendas
diabolicas artes:per manus ſeruoꝝ tuoꝝ
aſperſa:per ſanctificationem quam tu do/
mine ſanctificando ſanctificas: ⁊ benedicē
do benedicis. Vt omnis imūdus ſpiritus
aſperſione huius aque repulſus ⁊ cōfuſus
diſcedat:⁊ omnis incurſus ſathane ⁊ om/
ne fantaſma:omniſqꝫ immunditia ⁊ putre
do inimicoꝛum longe recedat:nec cōſiſten
di aut reſiſtendi habeat poteſtatez : nec in
eodem loco ſtandi aut commoꝛādi:ſed vi/
ctus ⁊ deſtructus abſcedat diabolus cum
omni pompa ſua . Per virtutem ⁊ gloꝛiā
dñi nr̄i ieſu chꝛi:qui vēturus eſt iudicare vi
uos ⁊ moꝛtuos ⁊c. ℟. Amē. Exoꝛciſmus
ſuper aqua ſale conſperſaz in eodez tono.
EXoꝛcizo te creatura aque ſale con/
ſperſa:per deum viuum:per deum

Universidad de Deu
Bibliotec



verū:per deū totiuʒ creature:qui te in prin
cipio ſeparauit ab arida: ⁊ in quatuor flu/
minibus diuidere dignatꝰ eſt. Ut vbicūqʒ
portata vel aſperſa fueris: effugetur ⁊ ſe/
paretur inimicus: ⁊ omnis putredo eius.
Ut ſit ipſa domus deo dicata. Per virtu/
tem dn̄i noſtri ieſu chri:qui vēturuʒ eſt iudi
care viuos ⁊ mortuos. Itē ſuper aquam.
TE autē creatura aque adiuro ꝑ deū
viuū:per deū verū:per deū ſanctuʒ:
per eū te adiuro: qui te in principio ſepa/
rauit ab arida. Adiuro te per deū viuum:
ꝗ te de fōte paradiſi manare ⁊ in quatuor



(Hic diuidat aquaʒ in q̈tuor ad
hāc figurā) fluminibꝰ exire iuſſit:
⁊ totā terrā rigare p̃cepit. Adiu/
ro te per eū qui te in chana galilee ſua po/
tentia cōuertit in vinuʒ:qui ſuꝑ te ſuis ſan/
ctis pedibuʒ ambulauit:ꝗ tibi nomē impo
ſuit ſyloa. Adiuro te ꝑ euʒ qui in te naamā
ſyrū a ſua lepra ꝑ manuʒ heliſei prophete
mundauit. Aqua ſan ✠ cta:aqua benedi/
✠ cta: Aqua. (Hic tāgat aqua dicens) la
uās ſordes ⁊ mūdans peccata. Adiuro te
per deū viuū, vt te mūdā exhibeas:nec ali
quaʒ fantaſiaʒ in te retineas:ſed efficiaris



exorcizata: ad effugandum inimicū ⁊ oēs
actus fulgoris. Et vbicunque aſperſa fue
ris:ſiue in domo:ſiue in agro: ſiue in vine/
is:ſiue in ſeminatis cāpis:ſiue in fructibus
ſiue in angulis cubiculoꝝ: ſiue in nauibus:
ſiue in puteis:vel ſiqs ex te guſtauerit ſias
ei defenſio ⁊ remediū ſanitatiʒ. Ipſe quo/
que diabolu3 elōget ⁊ ſeparet:quantū elō
gatū eſt celum a terra:lux a tenebris: veri/
tas a mendacio:iuſtitia ab iniuſtitia: dulce
ab amaro:tātū elōget ⁊ ſeparetur ille im/
mundus ſpiritus ab habitationibus famu
lorum famularumqʒ dei. Per nomen do/
mini noſtri ieſu chriſti. Qui cuʒ patre ⁊ ſpi/
ritu ſancto viuit ⁊ regnat. Hic dicitur in
tono prefationis. P er oia ſecula ſeculo/
rum. ℟. Amē: D ominus vobiſcū. ℟.
Et cū ſpū tuo. S urſum corda. ℟. Ha/
bemus ad dominū. G ratias agamus do
mino deo noſtro. ℟. Dignū ⁊ iuſtuʒ eſt.
VEre dignū ⁊ iuſtū eſt: equuʒ ⁊ ſalu/
tare: Nos tibi ſemper ⁊ vbiqʒ gra/
tias agere: Dn̄e deus celi ⁊ terre:cuiuʒ vir
tuti ſubdita ſunt vniuerſa. Cuius verbo
creata ſunt oīa. Supermitte q̄ſumus v̄tu
tē ſpūʒ ſancti tui ſuper hāc creaturā: vt fiat

Universidad de Deusto
Biblioteca



aqua ſanctificata: ⁊ in nomine pa✠tris ⁊
fi✠lij ⁊ ſpi✠ritus ſancti. Te igitur oīpo
tens deus altiſſima ſalus: ⁊ reſpector per/
petuus: humiliter rogamus ⁊ petimus: vt
nos exaudias: ⁊ miſerearis precibus no/
ſtris: quatenus vbicunqꝫ hec aqua aſper/
ſa fuerit: fiat te iubente cauſa purificatio/
nis: habeat quoqꝫ perpetuā gratiam ipſa
domus: fidem rectam: ſpem certam: cha/
ritatem perfectam: gaudiū verum: hono/
rem perpetuum: vt omnes maleuoli ⁊ in/
uidi ſpiritus, ab ea expellantur ⁊ ſeparen/
tur. Per chriſtum dominum noſtrū. Se
quit in tono orationum non prefationum.

Iterumqꝫ te alloquor aqua que ha
bes lucis ſimilitudinē: tu ſub celo: tu
ſuper celum: tu ſub terra: tu ſuper terram.
Super te inuoco nomen ſanctuꝫ atqꝫ mi
rabile dei omnipotentis: qui te ſua poten/
tia cōuertit in vinū: ſuſpendit ſuper celos:
congregauit in terra: miſcuit in mari. Qui
te arcanis ⁊ velocibus ventis pluere pre/
cepit: ⁊ ad vſus hominum ⁊ lauacrum de/
dit: ⁊ ſitientibus potū ſubminiſtrauit. Su/
per quam etiam ſpiritus dn̄i non ſolum fe
rebatur: ſed etiam fertur. Adiuro ergo te



creatura aque per ſeptiformeꝫ ſpirituꝫ dei
viui. Adiuro te per nouem ordines ange/
loruꝫ. Adiuro te per vocem tonitrui coru/
ſcationis tremendi ⁊ celeſtis regis. Adiu/
ro te per lignū myſterij de quo aqua per/
cuſſa, ſtatim dulcis facta eſt. Adiuro te per
eum qui omnia creauit: ne contēnas vocē
humilitatis mee: ſed expellas oēm vmbrā,
oēs ſatellites aduerſariorū: oēs machina/
tiones diaboli: ſiue ſpirituū immūdoꝝ: ſiue
biothanatū: ſiue errātiū: ſiue ex inuocatiōe
magice artis: ſiue precātatorū argumēta:
ſiue draconū ⁊ omniū volucrū vel vipera/
rū: qꝛ imperat tibi dn̄s ieſus chr̄s filius dei
viui. Qd mox vt aſperſa fueris in nomine
dei ſabaoth: ſiue in hoibus: ſiue in domi/
bus: ſiue in vineis: ſiue in pecoribus: vel
quibuſlibet aiantibus: ſiue in ſeminatis cā/
pis: ſiue in qualicūqꝫ creatura: vel in quo/
cunqꝫ loco aſperſa fueris: ſiue ſuper infir/
mū vel languentē: ſiue in potū data fueris
homini inualetudine detento: aut maligni
ſpūs infeſtatione percuſſo: mox expellas ⁊
excludas omne malignuꝫ: vt poſſit homo
velocius ſaluus fieri: per virtutē dn̄i noſtri
ieſu chr̄i: qꝛ neqꝫ dici: neqꝫ ſcribi: neqꝫ con

putari poteſt: cui nomẽ eſt dei in tono prefationis. Tu autem domine qui per angelum tuum fontem agar oſtendiſti: ⁊ ex eo Iſmael ſitientẽ potaſti. Qui pueri tui abrahe in meſopotamia p̃ces exaudiſti: ⁊ omnia deſideria cordis eius impleuiſti. Qui famulo tuo moyſi in deſerto eremi petrã percutere: ⁊ ex ea aquam producere: ⁊ populum rigare iuſſiſti. Ter dicatur ſequens ℣. Qui aquam amaraȝ immiſſo li ✠ gno dulcoraſti. Hic mergat ſacerdos crucem in aqua tribus vicibus. Cantores autem cantent ſemel has antiphonas infraſcriptas. Antiphona.









Deinde ſacerdos cruce depoſita dicat hãc orationem in tono prefationis.

Benedicere ⁊ ſanctificare digneris domine hanc creaturã aque: in noie pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpi ✠ ritus ſancti: vt vbicũq3 aſperſa fuerit in noie tuo: omnes

Universidad de Deusto Biblioteca



iaculationes ſeuas inimici expellat. Il/
lud etiã rogamus ⁊ petimus deus omnipo
tẽs: vt ſicut ad domũ raguelis ſanctum an/
gelum tuum raphaelem mittere dignatus
es: vt aſmodeum demonem colligaret: ſi/
mile quoqz beneficiũ domibus noſtris do
nare digneris. Ut vbicunqz hec vnda aſ/
perſa fuerit: nunq̃z malignus ſpiritus in ea/
dem domo conſiſtendi vel cõmorandi ha/
beat poteſtatez: ſed cõfuſus protinus ⁊ de/
ſtructus abſcedat. Per chriſtuz dominum
noſtrũ. Per quẽ maieſtatem tuã laudant
angeli: adorant dominationes: tremũt po
teſtates. Celi celorũqz virtutes: ac beata
ſeraphin: ſocia exultatiõe cõcelebrãt. Cũ
quibus ⁊ noſtras voces vt admitti iubeas
depcamur: ſupplici ꝯfeſſiõe dicẽtes. San
ctus. Sctũs. Sctũs dñs de⁹ ſabaoht. ⁊c.

Exorcizo te ſpũs imunde Cãtãdo.
per deũ viuũ: qui fecit celũ ⁊ terraz:
mare ⁊ omnia que in eis ſunt: vt oẽs virtu
tes aduerſarij: oẽs exercitus diaboli: oẽs
incurſus: omne fantaſma inimici: eradicen
tur ⁊ effugiãt ab hac creatura ſalis ⁊ aque:
vt ſit ſancta ⁊ ſalutifera: ⁊ ignis ardens ad/
uerſus oẽs inſidias inimici. Et vbicunque



portata vel aſperſa fuerit hec creatura ſa/
lis ⁊ aque: ſit ſanitas ⁊ ſynceritas: ⁊ corpo/
ris medicina: vt effugiat omnis infirmitas.
Fulgura quoqz ⁊ grãdines ab aſperſione
huius aque ſeparentur: ⁊ effugiant ⁊ elon/
gentur. Per eum qui venturus eſt iudica/
re viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignem.
℟. Amen. Oremus. Oratio.

Vere ſanctus, vere benedictus: ter/
ribilis, metuendus ⁊ adorandus es dñe de
us noſter: ab occultis noſtris munda nos:
⁊ ab alienis parce ſeruis tuis: vt cum fidu/
cia valeamus dicere orationem illaz rega/
lem: quam dominus ⁊ ſaluator noſter per
euangeliũ ſuuz orare docuit dicens. Oio.
Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟.
Sed libera nos. ℟. Amen. Legendo.

Libera nos, queſumus dñe, ab omni
bus malis preteritis, preſentibus ⁊
futuris. Libera nos, queſumus dñe, famu/
los ⁊ famulas tuas: a gladio: a fame: a ten
tatione diaboli: a ꝑcuſſione ſeculi: ⁊ ab in/
firmitatibus malis. Per liberatorem ⁊
redemptorẽ dñm noſtrũ ieſum chriſtum fi/
lium tuum: qui tecuz viuit. Oratio.

Domine ſancte, pater oĩpotens, eter

Universidad de Deusto Biblioteca



ne deus pater domini noſtri ieſu chriſti:
deus abraham: deus iſaac: deus iacob:
exorcizantem me iſtam creaturam ſalis ⁊
aque: precor te: vt exaudire digneris in no
mine domini noſtri ieſu chriſti nazareni fi-
lij dei viui: regis ⁊ iudicis noſtri: vt ſit pur-
gatio ⁊ purificatio omnibus hominibus:
atqꝫ in eis in quibus aſperſa fuerit: habe-
at poteſtatem ad effugandos immundos
⁊ fantaſmaticos ſpiritus: ⁊ omnem nefa-
rium diabolum: atqꝫ omnes figuras ⁊ mi-
nas ſatane. Concedatur etiam ei pote-
ſtas ad exterminandum fulgura ⁊ grandi-
nes: ⁊ oẽs aduerſitates humane nature:
vt non poſſit immundus ſpiritus nocere
his locis in quibus aſperſa fuerit: ſed con-
fuſus ⁊ deſtructus abſcedat. Per virtu-
tem domini noſtri ieſu chriſti regis noſtri.
Qui cum deo patre viuit ⁊ regnat.
Adiuro te creatura ſalis ⁊ aque: in
noĩe pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpi ✠ ritus ſan-
cti. Adiuro te in nomine domini noſtri ie-
ſu chriſti: qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus
ambulauit. Adiuro te: per eum qui te de
fonte paradiſi produxit. Adiuro te: per
eum qui apoſtolis ſuis precepit dicens:



Ite, baptizate omnes gẽtes in nomine pa-
tris: ⁊ filij: ⁊ ſpiritus ſancti. Per ipſius no-
mẽ te adiuro: vt vbicunqꝫ aſperſa fueris:
omne fantaſma de domo ipſa: ⁊ ois incur-
ſio diaboli eradicetur ⁊ effugiat: per deum
viuum: per deuꝫ verum: per deum totius
creature. Ut neqꝫ hominibus: neqꝫ domi
cilijs: neqꝫ nauibus: neqꝫ pecoribus: neqꝫ
frugibus: neqꝫ arboribus noceat. Per do
minũ nr̃ꝫ. Qui vẽturus eſt iudicare viuos
⁊ mortuos ⁊ ſeculũ per igneꝫ. ℟. Amen.
Deus qui ad ſalutem humani gene
ris maxima queque ſacramenta in
aquarũ ſubſtãtia cõdidiſti: adeſto ꝓpitius
inuocationibus nr̃is: ⁊ elemento huic mul
timodis purificationibus preparato: vir-
tutẽ tue purificationis infunde: vt creatu-
ra tua myſterijs tuis tibi ſeruiens: ad abij-
ciẽdos demones morboſqꝫ pellẽdos diui
ne gratie ſumat effectũ: vt quicqd in domi
bus vel in locis fideliũ hec vnda reſperſe
rit: careat omni imunditia: liberet a noxa:
nõ illic reſideat ſpiritus peſtilens: nõ aura
corrũpens: diſcedãt oẽs inſidie latẽtis ini-
mici: ⁊ ſiqd eſt quod aut incolumitati habi
tãtiũ inuidet, aut quieti: aſperſione huius

Universidad de Deusto Biblioteca



aque effugiat atqꝫ diſcedat: vt ſalubritas
per inuocationē tui noīs expetita: ab om/
nibus ipugnationib⁹ ſit defenſa. Per eū q
vētur⁹ eſt iudicare viuos ⁊ mor. Legēdo.
B Enedictio dei pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊
ſpi ✠ rit⁹ ſcti deſcēdat ſup hāc crea/
turā ſalis ⁊ aque. Amē. Subito ſacerdos
incipiat ſymbolū cantādo: quo finito aſp/
gat populū aq̄ bn̄dicta: ⁊ frēs cātēt in cho
ro añam. Aſpges me dñe. cuꝫ Glia patri
⁊ filio. Sicut erat in pncipio ⁊ nūc ⁊ ſemp.
Quibus finitis diaconus cātet euāgeliuꝫ.
F Sequētia ſancti euāgelij ſm lucā.
Actū eſt aūt cū baptizaretur oiꝫ po
pulus ⁊ ieſu baptizato ⁊ orāte: apertuꝫ eſt
celū: ⁊ deſcēdit ſpūs ſanctuꝫ corpali ſpecie
ſicut columba in ipſum. Et vox de celo fa
cta eſt: tu es filius meus dilectus, in te cō/
placui mihi. Et ipſe ieſus: incipiens erat
quaſi annoꝝ triginta: vt putabat filius io/
ſeph. Qui fuit heli: q fuit mathan: q fuit le/
ui: qui fuit melchi: q fuit Joāne: q fuit Jo/
ſeph: qui fuit matathie: q̄ fuit amos. Qui
fuit naum: q fuit heſſi: q fuit nagge: qui fuit
maath: q fuit matathie: q fuit ſemei: q fuit
ioſeph: q fuit iuda: qui fuit iohāna: qui fuit
reſa:



reſa: q fuit zorobabel: q fuit ſalathiel. Qui
fuit neri: qui fuit melchi: q fuit addi: q fuit
thoſan. Qui fuit helmadan: qui fuit her: q
fuit ieſu: q fuit eliezer. Qui fuit ioran: q fuit
matath: qui fuit ſimeon: qui fuit iuda. Qui
fuit Joſeph: q fuit ioanna: q fuit eliachim:
qui fuit melcha. Qui fuit menna: qui fuit
mathathie: qui fuit nathan: qui fuit dauid:
qui fuit ieſſe: qui fuit obed: q fuit booz: qui
fuit leui. Qui fuit ſalmon: qui fuit naaſon:
qui fuit aminadab: qui fuit aram: qui fuit
eſron. Qui fuit phares: qui fuit iude: qui
fuit iacob: qui fuit iſaac. Qui fuit abrahe:
qui fuit thare. Qui fuit nachor: qui fuit ſa/
ruch: qui fuit ragau: q fuit phaleg: qui fuit
eber: qui fuit ſale: qui fuit caynā. Qui fuit
arphaxat: qui fuit ſem: qui fuit noe: q fuit
lamech: qui fuit matuſalē. Qui fuit enoch:
qui fuit iaret: q fuit malaleel: qui fuit cay/
nā: qui fuit enos: qui fuit ſeth: qui fuit adā:
qui fuit dei. Jeſus autē plenus ſpiritu ſan
cto egreſſus eſt a iordane. Quo finito can
tores incipiāt. Te deū laudamus. ⁊ totuꝫ
decantet a fratribus ſtātes in choro. De/
inde dicat ſacerdos. ℣. Oſtēde nobis dñe
miſericordiā tuaꝫ. ℟. Et ſalutare tuū da

nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Exaudi nos domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus, ⁊ mittere digneris ſanctum angelum tuum de celis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet atqꝫ defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per chriſtum dñm noſtruz. Amen.

In die purificationis beate Marie. Ad proceſſionem cantantur añe ſequentes.






Universidad de Deusto
Biblioteca










Universidad de Deusto Biblioteca




Dominica palmarum ad proceſ. cantantes añ. Hic ſacerdotes exeant proceſſionaliter de eccleſia: ⁊ veniunt ad locum preparatum: vbi ſit ibi accolitus, qui cantet infraſcripte. hym. **Gloria laus.** Dimittendo aues: ⁊ alia in ſimilibus ſolita: poſt quēlibet vſuz ſacerdotibꝰ rn̄dētibꝰ vt infra.






Universidad de Deusto
Biblioteca








Universidad de Deusto Biblioteca



in ex cel ſis.

O Ccurrunt turbe cum floribus ꝛ palmis redem-

ptori dño ꝛ victori triumphanti digna dant obſe-

quia filium de i ore gentes predicant. ꝛ in laudem

chriſti voces tonant per nubila oſanna. Aña. Tur-

ba multa que conuenerat ad diem feſtum clamabat

domino bene di ctus qui venit in nomine domi-



ni oſanna in excelſis.

Accolit⁹ ſuper feneſtrā ſtans dicat hymnum.

G Loria laus ꝛ ho nor ti bi ſit rex chri-

ſte redemptor. Cui pue ri le de cus prompſit o-

ſanna pium. ℣. Iſrael es tu rex dauidis ꝛ incly-

ta proles. No mine qui in domi ni rex be nedi-

cte ve nis. Gloria. ℣. Cetus in excel ſis te

laudat ce litus omnis. Et mor talis ho mo









Hic ad nutũ pſidẽtis ſacerdotes reuertũtur ,pceſſionalr ecclia3 v̄ſus: diaconus v̄o ⁊ ſubdiaconus: ante intrãt ecclia3 ⁊ claudũt ianuã eccle: ⁊ ſacerdos cãtaturus miſſa3: accipit crucẽ i manu: ⁊ pcutit ianuã ter, pferẽdo etiã ter hec v̄ba. Attollite portas principes vr̄as: ⁊ eleuamini porte eternales, ⁊ introibit rex glorie. Miniſtri vero rñdẽt. Quis eſt iſte rex glorie? Sacerdos dicit. Dñs virtutũ: ipſe eſt rex glie. Quo finito aperiunt ianua3: ⁊ ſacerdos incipit Añã. Ingrediente dño. Deinde cantores ſequunt Añ. Miniſtri vero ſternũt ramos oliuarũ: ⁊ dalmaticas ſub pedib⁹ ſacerdotis vſq3 du3 trãſit repñtãtes myſteriũ chr̄i.



reſurre ctionem vite pro nunci an tes. Cum

ramis pal ma rum oſanna clama bant

in ex cel ſis. ℣. Cumq; audiſſet populus

quia ieſus venit hie ro ſo ly mam exie runt ob-

uiam e i. Cum ramis palma-

rum oſan na clama.

¶ Incipiũt bñdic. fontiũ. Sabbo ſcõ expletis lectio. & orõnib⁹: ſacerdos idutꝰ pluuiali cũ miniſtris vadat ad fontem cãtando. Tractus.

Sicut cer uus de ſi de rat ad fontes aqua-



rum i ta de ſide rat anima mea

ad te de us. Siti uit anima me-

a ad deum vi uum quando

ve niam & appa re bo ante

fa ci em dei mei.

Fuerunt mihi lachryme me e

panes die ac no cte dum

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca






Deide dicat. Dñs vo. ℞. Et cũ. Oro.
O Mñs ſempiterne deꝰ: reſpice ꝓpi
tiꝰ ad deuotionẽ ppli renaſcẽtiſ: q ſi
cut ceruꝰ aq̃rũ expetit fõtẽ, ⁊ cõcede ꝓpitiꝰ
vt fidei ipſiꝰ ſitiſ: baptiſmatiſ myſterio aĩaꝫ
corpuſq; ſctificet. ꝑ. Deide ſacerdos dicat
P Ater nr̃, q es ĩ celiſ ſan media voce.
ctificet nomẽ tuũ. Adueniat regnũ
tuũ, fiat volũtaſ tua, ſicut in celo ⁊ in terra.
Panẽ nr̃m quotidianũ da nobis hodie: ⁊
dimitte nobis debita nr̃a: ſicut ⁊ nos dimit
timꝰ debitoribꝰ nr̃iſ. Et ne noſ ĩducaſ ĩ tẽta
tionẽ. ℞. Sꝫ libera nos a malo. Deide
C Redo ĩ deũ p̃rẽ oĩpotẽ ſymbolũ.
tẽ creatorẽ celi ⁊ terre: ⁊ ĩ ieſuꝫ chr̃ꝫ
filium

filium eius vnicũ dñm noſtrum: qui conce
ptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex maria
virgine. Paſſus ſub pontio pilato: cruci
fixus, mortuus, ⁊ ſepultus: deſcẽdit ad in
feros: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcẽ
dit in celũ, ſedet ad dexteraꝫ dei patris om
nipotentis: inde venturus eſt iudicare vi
uos ⁊ mortuos. Credo in ſpirituꝫ ſanctũ,
ſanctã eccleſiã catholicam: ſanctorꝝ cõmu
nionem: remiſſioneꝫ peccatoruꝫ: carnis re
ſurrectionẽ: vitã eternaꝫ. Amen. Poſtea
℣. Quoniã apud te eſt fons vite. ℞. Et
in lumine tuo videbimus lumen. ℣. Dñs
vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Oro.
O Mnipotẽs ſempiterne deus: ade
ſto magne pietatis tue myſterijs:
adeſto ſacramentis ⁊ ad creandum nouos
populos: quos tibi fons baptiſmatis par
turit: ſpiritũ adoptiõis emitte, vt quod no
ſtre humilitatis gerẽdũ eſt miniſterio: tue
virtutis impleat effectu. Per. ¶ In vi
gilia penteceſtes dicitur ſequens oratio.
C Oncede queſumus oĩpotens deus:
vt qui ſolẽnitateꝫ doni ſpiritus ſan
cti colimus: celeſtibus deſiderijs accenſi
fontẽ vite ſitiamus. Per dñm. In vnita

Universidad de Deusto Biblioteca



te eiuſdē. Per oia ſcl'a ſcl'oꝝ. ℟. Amē.
℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpū tuo. Sur/
ſuꝫ corda. ℟. Habemuſ ad dñꝫ. Grãs
agam⁹ dño deo nr̃o. ℟. Dignū ⁊ iuſtū ē.
Vere dignū ⁊ iuſtū eſt: equum ⁊ ſalu
tare: noſ tibi ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ grãs age
re: dñe ſancte pater oipotēs eterne deus.
Qui inuiſibili potentia ſacramētoꝝ tuoꝝ
mirabiliter operaris effectū: ⁊ licet nos tā
tis myſterijs exequēdis ſimus indigni: tu
tñ grãe tue dona nō deſerēſ: etiā ad nr̃aſ pre
ces: aures tue pietatis inclina. De⁹ cuius
ſpiritus ſuper aquas inter ipſa mundi pri/
mordia ferebat: vt iā tūc virtutē ſanctifica
tiōis aquaꝝ natura ꝯciperet. Deuſ qui no
cētis mūdi crimina ꝑ aquā abluēs: regene
rationis ſpecieꝫ: in ipſa diluuij effuſione ſi/
gnaſti: vt vniuſ eiuſdēqꝫ elemēti myſterio:
⁊ finis eſſet vitijſ: ⁊ origo v̄tutib⁹. Reſpice
dñe i faciē eccl'ie tue, ⁊ multiplica i ea rege/
neratiōes tuas: q grãe tue affluētis impetu
letificas ciuitatē tuā fontēqꝫ baptiſmatis:
aꝑis: toto orbe terraꝝ gētib⁹ innouādiſ: vt
tue maieſtatis imꝑio: ſumant vnigeniti tui
grãꝫ de ſpū ſcō. Hic ꝑmā cruceꝫ faciat cū
manu ſua diuidēs aquā ad moduꝫ crucis.



Qui hāc aquā ✠ regenerādis hoib⁹
preparataꝫ: arcana ſui numinis ad/
miſtiōe fecūdet: vt ſctificatiōe cōcepta ab
imaculato diuini fontis vtero: in nouaꝫ re/
natāqꝫ creaturā progenies celeſtis emer/
gat. Et quos aut ſexus in corꝑe: aut etas
diſcernit in tēpore: oēs in vnaꝫ pariat grã
mater infantiā. Procul ergo hinc iubente
te domine: omnis ſpiritus imundus abſce
dat: procul tota nequitia diabolice frau/
dis abſiſtat. Nihil hic loci habeat contra/
rie virtutis admiſtio: non inſidiando cir/
cūuolet: non latendo ſurrepat: non inficiē/
do corrumpat. Sit hec ſancta ⁊ innocens
creatura libera ab oī ipugnatoris incurſu
⁊ totius neqtie purgata diſceſſu. Hic ſuf/
flat tribus vicibus in fontē ad hāc figuraꝫ.



Sit fons viuuſ, aqua regenerāſ:
vnda purificans. Vt oēs hoc la/
uacro ſalutifero diluēdi operan/
te in eis ſpiritu ſancto: ꝑfecte purgationis
indulgentiā conſequant. Hic faciat cru/
cem. Unde bene ✠ dico te creatura aqua
per deum ✠ viuum: per deum ✠ ſanctuꝫ
per deum ✠ qui te in principio ſeparauit
ab arida: cuius ſpiritus ſuper te fereba/

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur. Qui te de paradiſi fōte manare. Hic
diuidat aquā in quatuor partibus ad hanc
figurā ✠ ⁊ in quatuor fluminibus totā ter/
ram rigare precepit. Qui te etiam in deſer
to amaraz: ſua virtute inclyta fecit eſſe po/
tabilem: ⁊ ſitienti populo de petra produ/
xit. Hic tertiam crucem faciat Bene ✠
dico te ⁊ per ieſum chriſtum filium eius
vnicum dominum noſtrum: qui te in cha/
na galilee ſigno admirabili ſua potentia
conuertit in vinum. Qui pedibus ſuis ſu/
per te ambulauit: ⁊ a ioanne in iordane in
te baptizatus eſt. Qui te vna cum ſangui/
ne de latere ſuo produxit: ⁊ diſcipulis ſuis
iuſſit: vt credentes baptizarentur in te di/
cens: Ite, docete omnes gentes: baptizan
tes eos: in noīe patris: ⁊ filij: ⁊ ſpiritus ſan/
cti. Mutet hic vocē quaſi legēs lectionē.

HEc nobis precepta ſeruantibus: tu
deus omnipotens clemens ade/
ſto: tu benignus aſpira: tu has ſimplices
aquas tuo ore benedicto: vt preter natu/
ralem emundationez quam lauandis poſ
ſunt adhibere corporibus: ſint etiam pu/
rificandis mentibus efficaces. Depon/
tur hic cereus benedictus in fontem.



DEſcendat in hanc plenitudinē fon/
tis virtus ſpiritus ſancti. Suſſlat
hic tribus vicibus in fontē ad hāc figuraz.



Totā que huius aque ſubſtantiā
generādi fecūdet effectu. Cere
us tollitur hic de fonte. Hic om
nium peccatorum macule deleantur: hic na/
tura ad imaginem tuā condita: ad honorē
ſui reformata principij: cunctis vetuſtatis
ſqualoribus emundetur: vt omnis homo
hoc ſacramētū regenerationis ingreſſus:
in vere innocētie noua infantia renaſcat.
Per dominum noſtrum ieſum chriſtuz fi/
lium tuum. Qui venturus eſt iudicare vi/
uos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignē. Amē.
Completa benedictione fontis ſacerdos
ſumat ampulam chriſme de manu ſubdia/
coni: ⁊ de ipſo chriſmate ponat in fontem
in modū crucis dicendo lenta voce.

INfuſio chriſmatis myſtice vnctio/
nis in fontem regenerationis. In nomine
pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ſpi ✠ ritus ſancti: ſan/
ctificetur ⁊ fecundetur fons iſte. Et cum
manu ſua miſceat ipſum chriſma cuz aqua
⁊ ſpargat per totum fontem. Quibus fini/
tis cantores incipiāt letanias. ¶ Officiū

Universidad de Deusto
Biblioteca



bñdictiõis nuptiaꝝ. ¶ Scdm formã ro-
mãe eccl'ie hoc ordie fit bñdictio nuptiaꝝ.

IN die deſpõſationis alicuius mulie-
ris venientes ad eccleſiaz ſponſus ⁊
ſpõſa cũ parẽtibus cõſanguineis ⁊ amicis
ꝓcedãt ante altare vbi ſacerdos ſit ꝑpara-
tus ſaltẽ cũ ſuppelliceo ⁊ ſtola. Qui ſtans
verſis renibus ad altare ⁊ vultu ad ſpon-
ſos futuros: petit primuz ſm formaz ſacri
cõcilij ſi eſt aliquod impedimẽtũ inter eos
qd preſens cõiugiũ impediret. Et reſpon
ſo ꝙ nõ: ſacerdos interrogato noie vtriuſ
que dicit ſpõſo. Dñe. N. placet vobis acci
pere dominã. N. hic preſentez in veſtram
legitimã ſpõſam per verba de preſenti ſi-
cut ꝑcipit ſancta Romana ⁊ aplica eccl'ia?
Quo reſpõdẽte placet dñe. Sacerdos di-
cat ſpõſe Dña. N. placet vobis accipere
dñm. N. hic preſentẽ in veſtrũ legitimum
ſpõſum per verba de preſenti: ſicut preci-
pit ſancta Romana ⁊ apoſtolica eccleſia?
Qua reſpondente placet dñe. Sacerdos
ponat manũ dextram ſponſi ſuper manuz
dexterã ſponſe: ⁊ ſuperponat ſtolaz in mo
dũ crucis ſuper cõplicatas manus dexte-
ras vtriuſque ⁊ dicat. Et ego authoritate



ſancte eccleſie dei qua fungor cõiũgo vos
matrimonialiter. Et manu faciẽs ſignum
crucis ſup vtrũqz dicat. In noie pa ✠ tris
⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpũs ✠ ſcti. ℟. Amen. Po-
ſtea aſpergẽs ſup eos aquã bñdictã dicat ꝑ
aque bñdicte aſpſionẽ: det vobis oĩpotẽs
de⁹ ſuã bñdictionẽ. ℟. Amẽ. Poſtea bñ
dicat anulũ. ℣. Adiutoriũ. ⁊c. Oſtẽde no
bis dñe miſericordiã tuaz. ℟. Et ſaluta-
re tuũ da nobis. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et
clamor. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cũ. Oro.

BEnedic dñe annulũ hũc: quẽ in tuo
noie benedicimus: vt que eũ porta-
uerit in tua pace cõſiſtat: ⁊ in tua volũtate
ꝑmaneat: ⁊ i amore tuo viuat ⁊ ſeneſcat: ⁊
mltiplicet̃ i lõgitudie dierũ. p. x. Alia. oro.

CReator ⁊ cõſeruator humani gene
ris: dator gratie ſpũalis eterne de-
us: tu dñe mittere digneris ſpũm ſanctum
paraclitũ ſup hũc ✠ annulũ: vt q̃ illũ geſta
uerit ſit armata ṽtute celeſtis defenſionis:
⁊ ꝓficiat illi ad eternã ſalutez. Per chřm.
¶ Finita oroẽ aſpgat ſacerdos anulũ aq̃
bñdicta: poſtea ſpõſus accipiẽs annulũ de
manu ſacerdotis ponat ipſuz i q̃rto digito
man⁹ dextre ſpõſe dicẽs. In noie p̃ris ⁊ fi-

lij ⁊ ſpiritus ſancti. Amen. Quo dicto ſa/
cerdos legat infraſcriptas oꝛones. Añs.
MAnda deus virtutē tuam: cōfirma
hoc deus qđ operatus es in nobis a
tēplo tuo qđ eſt in hierl'm: tibi offerent re/
ges munera. Increpa feras hirūdinis cō/
gregatio taurorū inter vaccas populorū:
vt excludāt eos qui pꝛobati ſunt argento.
G lia patri filio ⁊ ſpi. S icut. K yrie el'.
chꝛe el'. kyrie el'. Pr nr̃. ℣. Et ne nos. ℟.
Sed libe. ℣. Saluū fac ſeruū ⁊ ancillaʒ
tuā. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣.
Mitte eis dñe auxiliuʒ de ſancto. ℟. Et
de ſion tuere eos. ℣. O domine ſaluos
eos fac. ℟. Et bene pꝛoſperare in om/
nibus operibus ſuis. ℣. Dñe exaudi oꝛa
tionē meam. ℟. Et clamoꝛ meus ad te.
℣. Dñs vobiſcuʒ. ℟. Et cuʒ. Oꝛemus.
DEus abꝛaham: deus iſaac: deus ia
cob: ipſe vos coniungat: impleatq;
bene ✠ dictionē ſuā in vobis. Per chꝛm.
BEnedicat vos dñs: ⁊ cu/ Alia oꝛo.
ſtodiat vos ieſus chꝛiſtus: oſtēdatq;
faciē ſuā in vobis ⁊ miſereatur veſtri: con/
uertat dñs vultū ſuū ad vos: ⁊ det vobis
pacem: impleatq; vos chꝛis oī bene ✠ di/



ctione celeſti: in remiſſionē peccatorū: vt
habeatis vitam eternaʒ. A mē. Alia oꝛo.
REſpice domīe de celo ſancto tuo ſu
per hāc coniunctionē: vt ſicut miſi/
ſti ſanctū angelū tuū raphaelem thobie: ⁊
⁊ ſarre filie raguelis: ita digneris dñe mitte
re benedictionem tuā ſuper adoleſcentes:
iſtos: vt in tua voluntate permaneāt: ⁊ in
amoꝛe tuo viuāt ⁊ ſeneſcāt: ⁊ multiplicent
in longitudinē dierū. Per dñm noſtrum.
PRopitiare dñe ſupplicationibus no
ſtris: ⁊ inſtitutis tuis quibus ꝓpaga
tionē humani generis oꝛdinaſti benignus
aſſiſte: vt qđ te authoꝛe agitur: te auxilian/
te ſeruetur. Per dominū nr̄m ieſuʒ chꝛm
filiū tuū: qui tecuʒ viuit ⁊ regnat in vnitate
ſpiritus ſancti deus. per oīa ſecula ſeculo/
rum. ℟. Amē. ℣. Dñs vobiſcum. ℟.
Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſuʒ coꝛda. ℟.
Habemus ad dominū. ℣. G ratias aga
mus dño deo noſtro. ℟. D ignū ⁊ iuſtū
eſt. V ere dignū ⁊ iuſtū eſt, equū ⁊ ſaluta/
re, nos tibi ſemper, ⁊ vbiq; grãs agere dñe
ſancte, pater oīpotens, eterne. Pꝛefatio.
DEus qui poteſtate virtutis tue de
nihilo cuncta feciſti: qui diſpoſitis

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



vniuerſitatis exordijs homini ad imagi/
nem dei facto: ideo inſeparabile mulieris
auxilium cōdidiſti: vt femineo corpore de
virili dares carne principiū: docens quod
ex vno placuiſſet inſtitui: nunq̄ȝ liceret diſ/
iungi. Deus qui tam excellenti myſterio
coniugalem copulam conſecraſti: vt chri/
ſti ⁊ eccleſie ſacramentum preſignares in
federe nuptiarum: deus per quem mulier
iungitur viro: ⁊ ſocietas principaliter ordi
nata: ea bene ✠ dictione donetur: que nec
ſolā per originalis peccati penaȝ: nec per
diluuij eſt ablata ſentētiā. Sup feminaȝ.
Reſpice propitius ſuper hanc famulam
tuā que maritali iungenda cōſortio: tua ſe
expetit protectione muniri: ſit in ea iugum
dilectionis ⁊ pacis: fidelis ⁊ caſta nubat in
chriſto: imitatrixq; ſanctarum permaneat
feminarum. Sit amabilis vt rachel viro:
ſapiens vt rebecca: lōgeua ⁊ fidelis vt ſar/
ra. Nihil in ea ex actibus ſuis ille author
preuaricationis vſurpet: nexa fidei māda/
tiſq; permaneat vni thoro iūcta: cōtactus
illicitos fugiat: muniat infirmitatē ſuaȝ ro/
bore diſcipline. Sit verecundia grauis:
pudore venerabilis: doctrinis celeſtibus



erudita. Sit fecunda in ſobole: ſit proba/
ta ⁊ innocens: ⁊ ad beatoruȝ requiem atq;
ad celeſtia regna ꝑueniat. Super vtro/
que. Et videant ambo filios filiorum ſuo
rum vſq; ad tertiam ⁊ quartam progeniē:
⁊ ad optatā ꝑueniant ſenectutem. Per
dominum noſtrum ieſum chriſtum filium
tuum. Qui tecuȝ vi. ⁊c. Poſtea ſacerdos
aſpergat illos aqua benedicta ⁊ dicat ℣.
Oſtende nobis domine miſericordiam tu/
am. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣.
Domine exaudi orationem meā. ℟. Et
clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vo/
biſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.
Deus qui corda fidelium ſancti ſpi/
ritus illuſtratione docuiſti: da no/
bis in eodē ſpiritu recta ſapere: ⁊ de eius
ſemper conſolatione gaudere. Per chri/
ſtum. Poſtea dicatur miſſa de ſponſo ⁊
ſponſa vt in miſſali. ¶ Benedictio ima/
ginis beate marie virginis. ℣. Adiutoriū
noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit
celum ⁊ terraȝ. ⁊c. Deinde aſpergat ima/
go aqua ſancta. Poſtea dicitur añ. Sub
tuum preſidium cōfugimus ſancta dei ge/
nitrix virgo: noſtras deprecationes ne de/

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſpicias in neceſſitatibus: ſed a periculis
cunctis libera nos ſemper virgo benedi-
cta. ps. Fundamēta. Añ. Aue maria gra
tia plena dominus tecum: benedicta tu in
mulieribus: ⁊ benedictus fructus ventris
tui. ps. Ad te leuaui oculos meos. dicitur
totū: interim incēſatur imago: poſtea dicit
oremus. Deus qui virginalē. ⁊c. Et ſequi
tur añ. O glorioſa dei genitrix virgo ſem-
per maria: que dñm oīum meruiſti porta-
re ⁊ regez angelorū ſola virgo lactare no-
ſti: queſumus pie memorare: ⁊ pro nobis
chriſtum deprecare: vt tuis ſanctis patro-
cinijs ad celeſtia regna mereamur perue-
nire. ps. Magnificat. totū ⁊ oratio. De-
us qui de beate marie. ⁊c. Alia oratio.
O Mnipotens ſempiterne deus: qui
clementie tue diſpoſitione cuncta
creantur ex nihilo hanc imaginem in ho-
norē pijſſime genitricis filij tui domini no
ſtri ieſu chriſti venerabiliter adoptatā be-
nedicere ✠ ⁊ ſanctificare ✠ digneris ⁊ pre
ſta miſericordiſſime pater per inuocatio-
nem nominis tui atqz vnigeniti filij tui do
mini noſtri ieſu chriſti: quem pro ſalute ge
neris integritate virginis marie incarnari



voluiſti: quatenus precibus eiuſdez ſacra-
tiſſime virginis quicunqz eandem miſeri-
cordie reginam ⁊ glorioſiſſimam dominā
noſtraz coram hac effigie ſuppliciter ho-
norare ſtuduerit: ⁊ de inſtātibus periculis
eruant: ⁊ in cōſpectu diuine maieſtatis tue
de cōmiſſis ⁊ omiſſis veniā impetrent atqz
mereātur in preſenti gratiaz quam deſide-
rant adipiſci: ⁊ futura perpetua ſaluatione
cum electis tuis valeant gratulari. Per
eundem chrm dominū noſtrū. Amē. Ul-
timo aſpgat illa cū aqua bñdicta. ¶ Be-
nedictio panis in die ſancto paſce. Oratio.
B Enē ✠ dic domine creaturā iſtā pa
nis: ſicut benedixiſti quinque panes
in deſerto: vt omnes deuote guſtantes ex
eo tam corporis q̄ȝ anime recipiant ſanita
tem. Per chriſtum dominum noſtrum.
¶ Benedictio agni paſchalis in die pa-
D Eus vniūerſe carnis qui ſce. orō.
noe ⁊ filijs eius de mūdis ⁊ immun
dis aīalibus precepta dediſti: quique ſicut
holera herbarū humano generi quadru-
pedia munda edere permiſiſti: qui agnum
in egypto moyſi ⁊ populo tuo in vigilia
paſche comedere pcepiſti in figura agni

Universidad de Deusto
Biblioteca



domini noſtri ieſu chꝛiſti: cuius ſanguine
omnia pꝛimogenita tibi de mūdo redemi/
ſti: ꝛ in nocte illa omne pꝛimogenitum in
egypto percutere pꝛecepiſti: ſeruās popu
lum tuum agni ſanguine pꝛenotatum: di/
gnare deus omnipotens bene ✠ dicere ꝛ
ſancti ✠ ficare has ouiuz ꝛ agnoꝛū carnes
vt quicunqꝫ ex populis tuis fidelibus ex
eis comederint omni benedictione celeſti:
ꝛ gratia ſaturati repleantur bonis. Per
dominū noſtrum ieſuz chꝛiſtum filiū tuuz.
Qui tecum viuit ꝛ regnat. Benedictio
ouoꝛum caſei ꝛ carnis. Oratio.

BEnedic domine creaturaz iſtā ouo/
rum ꝛ caſei carnium: ꝛ alia que ad huma/
num vſum pertinent: vt ſit remedium ſalu
tare generi humano: ꝛ pꝛeſta per inuoca/
tionem ſancti nominis tui: vt quicunqꝫ ex
ea ſumpſerint, coꝛpoꝛis ſanitatem ꝛ anime
tutelam percipiant. Per chꝛiſtum dn̄m.

Benedictio candelarum. oratio.

BEnedic domine Jeſu chꝛiſte hanc
creaturam cerei: vel candelarum ſuppli/
cationibus noſtris: ꝛ infunde ei per virtu/
tem ſancte cru ✠ cis bene ✠ dictionem ce
leſtem: vt qui eas ad repellēdas tenebꝛas



humano generi tribuiſti talem ſignaculo
ſancte crucis tue foꝛtitudinem ꝛ benedi/
ctionem accipiant: vt quibuſcunque locis
accēſa ſiue poſita fuerint: diſcedat ꝛ cōtre/
miſcat diabolus ꝛ fugiat pallidus cū om/
nibus miniſtris ſuis de habitationibus il/
lis: nec pꝛeſumat amplius inquietare: vel
illudere ſeruientibus deo: pꝛoinde ſuppli/
ces queſumus te domine: vt emittas an/
gelum tuuz raphaelem qui effugauit ꝛ re/
pulit a ſarra ꝛ thobia demonem moꝛtife/
rum eos infeſtantem: vt conterat illum ꝛ
perdat de cūctis habitationibus: colentiū
deum: de baſilicis: de domibus: de angu/
lis: de lectulis: de refectoꝛijs: de vniuerſis
locis in quibuſcunqꝫ deo famulantes ha/
bitant ꝛ requieſcunt: doꝛmiunt: vigilant:
ambulant ꝛ conſiſtunt: nec valeat ille ma/
lignus amplius inquietare: vel pauoꝛes
immittere ſuper illos quos ſancti chꝛiſma/
tis tui vnctione feciſti eſſe munitos. Be/
nedico te cera. in nomine dei pa ✠ tris
omnipotentis ꝛ fi ✠ lij eius vnigeniti ꝛ
ſpi ✠ ritus ſancti paracleti. vt ſis vbique
diaboli effugatio. atqꝫ omnium contuber/
nalium ſuoꝝ exterminatio adiuuante ea/

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem ſancta ⁊ indiuiduā trinitate que in
vnitatis eſſentia viuit ⁊ regnat in ſecula
ſeculorum. Amen. ℂ Benedictio fru-
ctuum Oratio.

BEne ✠ dic domine
hos fru ✠ ctus nouos: quos tu per
rorē celi ⁊ inundantiam pluuiarum ⁊ tem-
pora ſerena atq; tranquilla ad maturita-
tem perducere dignatus es: ad percipien-
dum nobiſcum gratiarum actionem. In
nomine domini noſtri ieſu chriſti. Qui te-
cum vi. Benedictio ſuper ſportas ⁊ ba-
culos peregrinorum. Oratio.

SIgnaculum dei pa ✠ tris omnipo-
tentis: ſuper hos baculos: ⁊ ſuper has ſpor-
tas quibus homines induantur: ⁊ ſpiri-
tus ſanctus regnet in eis: qui eas portant.
In nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpi ✠ ri-
tus ſancti. Amen. Sacerdos dicat.

SIgnaculum ieſu ✠ chriſti nazare-
ni: dei pa ✠ tris ⁊ ſpiritus ✠ ſancti
maneat in eis in ſecula ſeculorum.

ℂ Quando dat ei ſportam dicat.

IN nomine domini noſtri Ieſu chri-
ſti: accipe hanc ſportam habitum pe-
regrinationis tue: vt bene caſtigatus ⁊ be-
ne ſaluus atq; emundatus peruenire me-
rearis



rearis ad limina ſanctoꝝ apoſtolorū petri
⁊ pauli: vel beati iacobi: ⁊ aliorū ſanctoruʒ
quo pergere cupis: ⁊ peracto itinere tuo,
ad nos cum gaudio reuertaris. Per do-
minum. ℂ Quando dat ei baculuʒ dicat.

IN nomine domini noſtri ieſu chriſti
accipe hunc baculum: ad ſuſtētatio-
nem itineris ⁊ laboris tui in viam peregri-
nationis tue: vt vincere valeas omnes in-
ſidias inimici: ⁊ peruenire merearis, ad li-
mina ſanctorū apoſtolorum petri ⁊ pauli:
vel beati iacobi: ⁊ aliorū ſanctoꝝ quo per-
gere cupis: ⁊ peracto obedientie curſu ad
nos cum gaudio reuertaris. Per domi-
num noſtrū ieſum chriſtuʒ filiū tuum. Qui
tecum viuit. Benedictio cilitij. oratio.

BEnedic domine hoc cilitiū: quod fa-
mulus tuus pro humilitatis ⁊ peni-
tudinis ſue deuotione indui appetit: vt ſi-
cut niniuitarum populo in cinere ⁊ cilitio
penitenti peperciſti: ita ⁊ hic famulus tu-
us humiliationis ⁊ profeſſionis ſue hoc
indutus veſtimento a te creatore ſuo om-
nium percipiat incremēta virtutum: ⁊ cū-
ctorū indulgentiam conſequatur delicto-
rum. Per dominū noſtrū ieſum chriſtuʒ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ordo ad introducendā mulierem in eccleſiā poſt partuz. In primis dicat ſacerdos.

I N nomine pa✠tris ⁊ fi✠lij ⁊ ſpi✠ritus ſancti. Amē. ℣. Aſperges me domine. ⁊c. ℣. Deus miſereatur. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ps. Credidi propter. ps Laudate dominum omnes gentes. ps. Ad te leuaui. ℣. G loria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſctō. ℟. S icut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper. Poſtea ſequitur aña. Exaudi nos domine: quoniam benigna eſt miſericordia tua: ⁊ ſecūdū multitudinē miſerationū tuarum reſpice nos domine. ℣. Ego dixi domine miſerere mei. ℟. Sana animam meam. ℣. Saluā fac ancillam tuaz domine. ℟. Deus meus ſperātem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de ſancto. ℟. Et de ſion tuere eā. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oro.

D Eus qui per moyſen famulum tuum iſraelitice plebi mandaſti: vt mulier que filium peperiſſet ab ingreſſu templi ſequeſtraretur: queſumus: vt hanc famulam tuam. N. ab omni inquinamen/



to peccati mundare digneris: quatenus mente ⁊ corpore mundata: ſinum matris ſancte eccleſie valeat penetrare: ⁊ tibi pro ſuis delictis acceptabile munus offerre. Per. Et poſtea facias cōfeſſionem. Et tunc mulier teneat lampadez in manibus eius. Et ſacerdos intrās in eccleſiā dicat.

F Amula dei. N. ingredere in templum dei ⁊ adora filium beate marie virginis: qui tibi tribuit fecunditatis prolez. Poſtea dicitur euangeliū ſecūdū ioannē In principio erat verbū. Oratio.

A Bſolue queſumus domine delicta famule tue. N. ⁊ a peccatorum ſuorum nexibus: que pro ſua fragilitate contraxit: tua benignitate liberetur. Per dominum noſtrum. Sequitur oratio. C Oncede nos famulos tuos queſumus domine. Benedictio noue domus. Oratio.

E Ternum atq3 omnipotentem deū vnanimiter orantes petimus pro hac domo: atq3 omnibus habitantibus in ea: vt eis angelum pacis: angelum lucis: angelum defenſionis aſſignare dignetur: tutos eos defenſoſq3 preſtet: augeat eis rorem celi ⁊ pinguedinem terre: frumenti:

Universidad de Deusto
Biblioteca



vini ⁊ olei: pacem ⁊ ſanitatez: letitiā: beni/
gnitatem ab homine vſqꝫ ad pecus quod
ipſe preſtare dignetur. Qui vi. Oratio:
TE deum patrem omnipotentē ſup/
pliciter exoramus pro hac domo: ⁊
pro domus huius habitatoribus: hac ſpe,
vt eam bene ✠ dicere ⁊ ſan ✠ ctificare di/
gneris: ⁊ vt ſint prōptuaria eorū plena eru
ctantia ex hoc in illud: tribue eis domine
de rore celi abundantiam: ⁊ de pinguedi/
ne terre vite ſubſtantiam: ⁊ deſideria voti
eorum ad effectum tue miſerationis per/
ducas: ad introitum ergo noſtrum bene
✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare dignare hāc do
mum ſicut bene ✠ dicere dignatus es do/
muz abrahe iſaac ⁊ iacob ⁊ intra parietes
domus iſtius: angeli tue lucis inhabitent.
Per chriſtum dominum noſtrum.

Finis.



¶ Index oīum in hoc libello cōtentorū.

ORdo ad faciendum baptiſmuz ſecū
dum eccleſiam romanam. fol. 2
Benedictio ſalis ⁊ aque ſm eccleſiam. 4
Abſoluendi diuerſe forme. 6.7
Ordo ad communicandū infirmum. 7
Ad vngendum infirmum. 8
Commendationes anime. 11
Paſſiones ſecundū omnes euangeliſtas.
15.21.26.33.
Symbolum Athanaſij. 35
De tētationibus quibus homo tentatur a
diabolo i exitu aīe ſue ⁊ de remedijs. 43
Benedictio cinerum ⁊ cilitij in quibus po
nendns eſt infirmus moriens. 64
Ordo ad ſepeliendum clericum vel reli/
gioſum. 65
Ad ſepeliendos ſeculares. 73
Ad ſepeliendos pueros. 75
Ad ſepeliēdos defūctos more vene. 76
Anniuerſariū mortuorū ſm venetos. 78
Officiū defunctorum cum tribus lectioni/
bus nouis. 80
Pſalmi penitentiales. 100
Benedictio aque in vigil. epiphanie. 109
Ad proceſſionē in die purificationis bea/

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Tabula huius operis

te marie. 123
Ad proceſſionẽ in dñica palmarũ. 125
Benedictio fontiũ ſabbato ſancto. 129
Bñdictio fontiũ in vigil'. pẽtecoſtes. 130
Officium benedictionis nuptiarum. 132
Benedictiones diuerſe. 136. 137. 138. 139
Ordo ad introducendum mulierem in eccleſiam poſt partum. 138

## Finis.

## Series chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ

Quaterniones omnes preter ſ duernionem.

Catheciminorũ liber ad vſuʒ Romane eccleſie feliciter explicit.

Venetijs apud heredes Petri Rauani & ſocios Anno domini. 1556. menſe Januario.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca
Archiv
Este
Plút